



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

BIBLIOTHECA  
SCRIPTORUM GRAECORUM  
ET ROMANORUM  
TEUBNERIANA

PROPHETARUM VII. FABUL.  
INDICES APOSTOL. DISCIP. DOM.

EDIDIT

TH. SCHERMANN

EG

LIPSIÆ

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.



STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

PROPHETARUM VITAE FABULOSAE  
INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE  
DOMINI DOROTHEO · EPIPHANIO · HIPPOLYTO  
ALIISQUE VINDICATA

INTER QUAE NONNULLA PRIMUM EDIDIT RECENSUIT  
SCHEDIS VIR. CL. HENR. GELZER USUS PROLEGOMENIS  
INDICIBUS TESTIMONIIS APPARATU CRITICO INSTRUXIT

THEODORUS SCHERMANN



IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI · LIPSIAE MCMVII

PA3403

P7

1907

D.

M.

V. CL.

HENRICI GELZER.



## CAPITULA.

### Pars prior.

Vitae prophetarum Epiphanio, Dorotheo aliisque in codicibus mss. adscriptae. . . . .	IX	—
a. Enumeratio LXXII prophetarum et prophetissarum Epiphanio attributa . . . . .	XI	1
A. De prophetarum vita et obitu, libri Epiphanio adscripti recensio prior . . . . .	XIII	3
B. De prophetarum vita et obitu, liber Dorotheo cuidam adscriptus . . . . .	XVIII	25
C. De prophetarum vita et obitu, libri Epiphanio adscripti recensio altera. . . . .	XXII	55
D. De prophetarum vita et obitu, liber ab anonymo quodam conscriptus . . . . .	XXIV	68
E. De prophetarum vita et obitu, recensio scholiis Hesychii aliorumque patrum in prophetas adiecta . . . . .	XXIX	98
Appendix: Versio latina textus syriaci Epiphanio et Cornelio in cod. Synait. syro 10 (saec. IX) attributi. . . . .	XXXII	105

### Altera pars.

Indices XII apostolorum et LXX discipulorum Domini . . . . .	XXXIV	107
A. Index Epiphanio attributus . . . . .	XXXV	107
Appendices: De quibusdam discipulis et de evangelistis, 1—4c. . . . .	XXXIX	126
B. Index Pseudo-Dorothei. . . . .	XLI	131
Appendix: De baptismate apostolorum et BMV . . . . .	L	160
C. Index Pseudo-Hippolyti . . . . .	LIII	163
D. Index anonymus Graeco-Syrus . . . . .	LVIII	171



E. Index in Pseudo-Symeonis Logothetae chronico asservatus . . . . .	LIX	177
F. Indices in menologiis synaxariisque Graecis asservati . . . . .	LX	184
a. Forma brevior . . . . .	LX	184
b. Forma longior . . . . .	LX	185
c. Forma abbreviata . . . . .	LXI	194
G. Textus mixti apostolorum indicum . . . . .	LXII	197
a. inter recension. Hippolyti et Dorothei . . . . .	LXII	197
b. inter priorem istam et Ps. Epiphani . . . . .	LXIII	200
H. Textus anonymus de apostolorum parentibus . . . . .	LXIII	202
I. Versus in duodecim apostolos Ioannis Euchaitensis . . . . .	LXIV	204
K. Index apostolorum reservatus in homilia Pseudo-Chrysostomi in XII apostolos . . . . .	LXVI	205
L. Textus Latini . . . . .	LXVI	206
a. Breviarium apostolorum . . . . .	LXVI	206
b. Notitia de locis sanctorum apostolorum . . . . .	LXVIII	211
c. Laterculus quidam anonymus . . . . .	LXIX	213
d. Notitia regionum et civitatum, quibus s. apost. . . . corpora requiescunt. . . . .	LXX	214
e. Versus memoriales . . . . .	LXX	215
f. Series apostolorum e poemate Venantii Fortunati deprompta . . . . .	LXX	215
g. Laterculus „quibus locis singuli apostoli iaceant“ . . . . .	LXX	216
h. Divisio apostolorum . . . . .	LXX	217
S. Versio latina textus Syriaci in cod. Sinait. Syro 10 (saec. IX) reservati . . . . .	LXXI	218
Indices: Index locorum s. script. et libr. patrum . . . . .		222
Index verborum Graecorum . . . . .		226
Index nominum propriorum . . . . .		240
Index codicum mss. adhibitorum . . . . .		254

## PRAEFATIO.

---

Iam magnum temporis spatium peractum est, cum intentio istorum textuum, qui sub nominibus Dorothei, episcopi Tyri, Epiphanii Cyprii aliorumque scriptorum ecclesiasticorum existunt, edendorum a viro clar. Henrico Gelzer excepta est. Quattuor aut quinque lustra istud consilium in animo secum tulit, ut R. A. Lipsius in libro „Die apokryphen Apostelgesch. und Apostellegenden“<sup>1)</sup> inscripto nobis refert. Coadiutore adscito illud verifacere cupiens indicavit editionem sub titulo: „Dorothei, Epiphanii, Hippolyti, Irenaei, Symonis Logothetae quae feruntur de XII Domini nostri Iesu Christi apostolis et discipulis fabulae e codicibus graecis, syriacis, armeniaticis“ (Scriptores sacri et profani, Teubner). At ista editio non est publicata rerum commutatione facta. Ego vero nonnullis codicibus manuscriptis in Bibliotheca Vaticana et in aliis Italiae bibliothecis continentibus istos indices repertis in haec opuscula incidi illorumque traditionum origines et causas inquisivi. Ideo rem haud indignam esse putavi, quae singulari commentatione pertractaretur, quae nunc apud J. C. Hinrichs in „Texte und Untersuchungen zur altchristlichen Literatur, Tom. XXXI 3“ Lips. publicatur. Anno 1903 Henricus Gelzer Romae interroganti, utrum editio concepta nondum publicata sit, mihi codicum collationes aut descriptiones, quas ipse aut eius amici ut M. Bonnet, G. Gunder-

---

1) Tom. I 1883, p. 194.

mann, A. Schoene, E. Preuschen fecerunt, dereliquit, nulla textuum discretionem tentata. Opera mihi relicta erat: conferendi codices aliquarum Italicarum bibliothecarum, recensione distinguendi, iam exaratos libros investigandi fontesque traditionum inquirendi.

Textus Epiphani Dorotheique in tres partes dividuntur, quae sunt vitae prophetarum fabulosae, indices apostolorum discipulorumque enumerationes. Cum duo indices posteriores apostolorum discipulorumque ab auctoribus unanimiter concepti sint, non alium ab alio in edendo dividemus.

Monachii, mense Sextili 1907.

T. S.

---

# PROLEGOMENA.

---

## PARS PRIOR.

### VITAE PROPHETARUM EPIPHANIO, DOROTHEO ALIISQUE IN CODICIBUS ADSRIPTAE.

Bollandiani viri doctissimi in bibliotheca hagiographica Graeca<sup>1)</sup> editiones indicum prophetarum collegerunt quattuorque recensionum familias distinxerunt. Neque vero omnes editiones ibi enumeratae neque recensionum typi omnes sunt inventi. Sex recensiones distinguendas esse puto, Epiphanii priorem, Dorothei, Epiphanii alteram, anonymi cuiusdam, scholiorum Hesychii vel Theophylacti, Synaxariorum Graecorum.

Colligendis codicibus manuscriptis praeter illos ad editiones iam adhibitos operam dederunt Ducange, Petavius, Fabricius, Lambecius, Schultzze, H. A. Hamaker, Fr. Delitzsch, Eb. Nestle, J. H. Hall.

Vitae prophetarum omnium sequentium recensionum christianis temporibus conscriptae compositaeque sunt; neque vero omnes eodem modo christianis messianicisque opinionibus sunt impletae, ut dubitares, an conscriptio primaria fuerit a Christiano quodam facta. Verisimile est nostros textus potius a Iudaeo quam a Christiano conceptos esse indeque a christianis auctoribus interpolatos. Nam recensio Dorotheana aliaque cum ea confines vitas minorum prophetarum solum biographicis notis describit, quibus aliae posteriores recensiones propheticas in Messiae adventum spectantes narrationes adiunxerunt.

Invenitur etiam quaedam propinquitas cum pseudepigraphis iudaicis alterius aut primi saeculi a. Chr. n.

---

1) Bruxelles 1895, p. 115.

compositis. Nam vitae Isaiae immixtus est excursus ascensionis seu martyrii Isaiae c. 5, cuius descriptio Iudaeo cuidam adscribitur; item historia de Ieremiae translatione arcae aliorumque iudaicorum sanctuariorum e secundo libro Macchabaeorum c. 2, 4—6 aut ex eius deperdita fonte, opere Iasonis Cyrenensis, excerpta est; item concordant quaedam narrationes nostrarum vitarum cum traditione iudaica, quam Flavius Iosephus Rabbinique in commentariis, quae Talmud, Targum, Midrasch vocantur, nobis referunt. Fontem nostrorum textuum, librum iudaicum, vitis prophetarum tantum biographicis et fabulosis exornatum complexum esse negari non potest. Quibus insitae sunt inventae fabulae, quibus populus iudaicus ad novam unionem in Sion et ad repugnandos hostes exteriores, qui Israel ferro ignique se deleturos esse minabantur, excitaretur. Praesertim vitae prophetarum quattuor maiorum ad id conceptae fabulisque depictae erant.

Iam primis temporibus christianis istae vitae messianicis prophetiis aliisque vaticiniis ex eventu de partu Messiae, de pace et peccatorum remissione sumptis, variis portentorum in consummatione mundi futurorum descriptionibus erant adauctae, quare interpolationi testamentorum XII patriarcharum consimiles sunt. Ista scriptura pseud-epigrapha iudaica etiam a Christiano saepius iisdem paene verbis, quibus nostrae vitae, additamentis christianis impleta erat.

Quamquam originem nostrorum textuum librum iudaicum fuisse censemus, tamen non probatum est istam scripturam originalem hebraico aut aramaico idiomate conscriptam fuisse, ut H. A. Hamaker Hebraismis in iis inventis nobis demonstrat. At cum textus isti in Syria vel Palaestina concepti sint, stilo linguae Graecae conclusio non conceditur textus nostros versiones libri hebraici aut aramaici esse; nam idioma Graecum in istis regionibus Semitismis aut Hebraismis erat plenum. Ideo non certe ad originem hebraicam nostros textus referre possumus.

Alii autem ut Is. H. Hall putaverunt nostros textus e syriacis libris translatos esse, dum Baethgen nostrum graecum textum originale fuisse probat. Prior opinio haud consensum doctorum virorum habebit, cum liber originarius nostrorum textuum maior natu sit secundo saeculo christiano, quo primum viri istarum regionum syriaca lingua utebantur; at quaestio inquirenda est, utrum una e nostris recensionibus e syriaco christiane iam interpolato libro versa sit an non.

Maxime probandum est librum originarium iam graece conscriptum esse, ut complures iudaicos libros eiusdem aetatis, exceptis iis, quorum conscriptio Hebraica testimoniis fixis affirmatur. Eam sententiam defendit Fr. Delitzsch<sup>1)</sup> contra Joach. Zehner, qui hunc librum primum Hebraico idiomate conscriptum ac posterioribus annis a diversis interpretibus in Graecum sermonem translatum fuisse censuit. Alio autem loco idem Delitzsch<sup>2)</sup> e vaticiniis Habacuci concludit, „a Iudaeo potius quam a Christiano confictum esse, et idiomate aramaico libri Sohar antiquitus consignatum fuisse.“

Cum fontem nostrorum textuum ignoremus, unamquamque recensionem singulariter tractamus et consideramus, an graves testes adsint, qui confirmet eam ex alio fonte ortam esse.

a.

Enumeratio LXXII prophetarum  
et prophetissarum Epiphania attributa.

Iam Cotelerius istam enumerationem<sup>3)</sup> in commentariis notis ad librum IV constitutionum Apostolicarum

1) De Habacuci prophetae vita atque aetate. Accedit diatriba de Pseudodorotheo et Pseudepiphania, Lipsiae 1842, p. 89 s.

2) ibidem p. 49.

3) Quaecum graeca multum concordat latina enarratio

communicavit ex mss., ut ait, Reg. 1067 et 1789, qui hodie designantur cod. Par. gr. 854 et 1085. Quae enumeratio etiam in aliis codicibus sequentibus ad textum redigendum adhibitis reservatur.

A = Coisl. gr. 120 (ol. 17. 209. 2810) saec. X. membr. 263 foliorum, 31 linearum in pagina positarum, 29,8  $\times$  20 pag., 24  $\times$  13,5 script. spatii. Fuit olim Laurae sancti Athanasii in monte Athos, ut ex nota Macarii cuiusdam in folio quarto anni 1218 apparet. Incipit enumeratio in fol. 217<sup>v</sup>. Contulit Gelzer.

A<sup>1</sup> = Laurent. plut. IV cod. 6 saec. XI. membr. 285 foliorum. In cuverculo scriptum est: τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἀποκρίσεις. Incipit textus noster in fol. 225<sup>v</sup>. Vide Catalogum cod. manuscr. Bibl. Medic. Laurentianae opp. Graecor. patrum Ang. Mar. Bandinius recensuit. Florentiae 1764, p. 525. Contuli.

[a = Baroc. 206 saec. XIII. membr. 131 foliorum, binis columnis exaratus. Vide H. O. Coxe, Catalogus codic. manuscr. Bibl. Bodleianae pars I. Oxonii 1853, p. 366. Textus incipit in fol. 116<sup>v</sup>]. Nondum collatus.

B = Coisl. 258 (ol. 99) saec. XII. membr. 303 foliorum; binis columnis exaratus, 30 linearum, 25  $\times$  17,5 pag. spatii. Inc. in fol. 200 col. I. Contulit Gelzer.

C = Paris. 1085 (ol. 1789. 2910) anni 1001, membr. 334 foliorum, 36 linearum, 23  $\times$  17 pag., 18  $\times$  11,5 script. spatii. Rubro colore titulus in folio 247 scriptus est. Contulit Gelzer.

[c = Marcian. 498 saec. XIV.; vide Graeca D. Marci

---

Chronographi anni 354; v. Th. Mommsen, Über den Chronographen vom Jahre 354 in Abhandlungen der Kgl. sächs. Gesellschaft der Wissensch. (philol.-histor. Klasse) II. Bd. Leipzig 1850, pag. 640, ubi nomina prophetarum invenies, pag. 641, ubi mulieres prophetissae notantur. Conferenda est enumeratio in Iosephi hypomnestico c. 14—16; Io. Alb. Fabricii, codicis pseudepigr. Veteris Testamenti Vol. alt. Hamb. 1723, app. p. 33—34.

bibliotheca codicum manuscr. per titulos digesta. Praeside et moderatore Laurentio Theupolo. Venet. 1740 p. 261]. Nondum collatus.

D = Paris. 854 (ol. 1477. 1067. 2431) saec. XIII. bombyc. 422 foliorum. 25,5 × 17,5 pag. spatii. Sine auctoris nomine indicato in fol. 18<sup>v</sup> textus incipit. Contulit Gelzer.

E = Paris. 1259 A, saec. XIV. bombyc. 295 foliorum. In fol. 158<sup>v</sup> violaceo colore titulus scriptus est. Contulit Gelzer.

E<sup>1</sup> = Vallic. 47 (ol. C 97<sup>a</sup>) anni 1425, membr. palimps., 22—23 linearum. 19,5 × 13,7 pag. spatii. Textus noster in fol. 59 incipit. Contuli.

e = Athous Esphigm. 131 saec. XVI chartac. (Lampros I 2144). Textus in fol. 221 exstat. Contulit Gelzer.

f = editio Cotelerii: SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt Barnabae, Clementis etc. opera J. B. Cotelerii illustravit . . . Accesserunt in hac nova editione notae integrae aliorum virorum doctorum . . ., recensuit . . . Ioannes Clericus. Vol. I Antverpiae 1700 p. 295.

l = latina series Chronographi anni 354 secundum edit. Th. Mommsen, Abhandlungen der Kgl. sächs. Gesellschaft der Wissensch. (philol.-histor. Klasse) II 640, 641.

## A.

De prophetarum vita et obitu,  
libri Epiphania adscripti recensio prior.

Usque adhuc solum in cod. Paris. gr. 1115 anni 1276 ista recensio invenitur, ubi Epiphania archiepiscopo Cypri insulae attribuitur. Sed iam prioribus saeculis erat textus, de quo nunc agitur, sub Epiphania nomine notus, praesertim apud Syros. Nam Iacobus Edessenus, ille



Monophysitarum doctor saeculi septimi exeuntis (640—708), iam narrationes quasdam tradit, „quae in falsatim Epiphanio Cyprio adscripto libro inveniuntur“.<sup>1)</sup> Item Michael Syrus, patriarcha Iacobitarum Antiochiae, operi chronologico, Chronicon titulato, istum indicem sub nomine Epiphanii inseruit, quod testimonium aliis Syriacis codicibus manuscriptis confirmatur, e quibus Eb. Nestle textum Epiphanii communicavit. Testibus autem syriacis conferenda sunt testimonia, quae in manuscriptis aut libris Graecorum vel Latinorum auctorum inveniuntur. Codex noster, Paris. gr. 1115 (anni 1276) et Cardinalis Hugo († 1264) in commentariis in Daniele prophetam c. 4 v. 22 videntur etiam testes esse nostri textus propagationis. Ille cardinalis dubium prae se fert, an Epiphanius auctor sit, cum etiam nomini Epiphanii „magistrum incognitum quendam“ substituat. Inde oritur illa valde agitata quaestio, utrum revera textus noster Epiphanio attribuendus sit an non. Omnes enim scriptores, qui textibus istis in prophetarum commentariis usi sunt, tum pro Epiphanio auctore, tum contra illum professi sunt, quout istas fabulas vel fictiones propheticas genere eius historiam scribendi aut exegesis tractandi dignas putaverint. Commemoro Ioach. Zehner (1612), qui etiam differentiam inter vitam Eliae horum tractatum, ubi pater Eliae Sobach nominatur, et inter Epiphanii corpus adv. haeres. 55 (ol. 35)<sup>2)</sup> c. Melchidecianos notat, ubi pater Eliae Achimaam vocatur; nomino etiam Petavium (1622, † 1652), qui librum de vita prophetarum pseudepigraphum esse censuit, refertum sescentiis mendaciorum nugis. Quem sequebantur Sir-

1) Cod. Brit. Mus. Syriac. 707 saec. IX (Add. 12 172); W. Wright, Catalogue of syriac manuscripts in the British Museum. London 1871 part. II 601; Eb. Nestle, Marginalien und Materialien, Tübingen 1893, II p. 56. Iacobus Edessenus etiam alia e nostris textibus deprompsit p. e. Abdiam fuisse tertium capitulum quinquaginta militum: 2 Reg. 1, 13.

2) *Migne Patr. gr.* 41, 977 A.

mond († 1651), Labbe (1680), Papebroch (1714), Ellies du Pin (1719), Oudinus (1752), qui sententiae favet, has nugas subcontumeliose talmudica somnia vocitare totumque librum Talmudistarum somnia recinere<sup>1)</sup>, item Ceillier (1761), Bardenhewer<sup>2)</sup>, Bonwetsch<sup>3)</sup>. Pro genuino autem fetu Epiphanii habebant hoc opus Bellarminus (1621), H. A. Hamaker (1832). Fr. Delitzsch, magna cum vehementia auctoritatem Epiphanii defendit dicens Epiphanium ea referre, quae tradita a maioribus invenisset et quae forsitan ne ipse quidem omnia pro veris sincerisque historiis habuisset.

Ioachim Zehner<sup>4)</sup> primum animadvertit istum Epiphanii librum hebraico idiomate conscriptum ac posterioribus annis a diversis interpretibus in Graecum sermonem translatum fuisse, quam sententiam tanto verisimiliorem arbitratur, quanto proprius orationis filius ad Hebraicae linguae proprietatem accedat. Imprimis H. A. Hamaker<sup>5)</sup> multas huius textus singulares lectiones ad hebraicum originarium librum reducebat, dum Isaac H. Hall syriacum librum fontem nostri textus fuisse dicit.

Usque hodie tres recensiones syriacae vitarum prophetarum sub Epiphanii nomine notae sunt: primum s = textus in chronico Michaelis Syriaci<sup>6)</sup>, patriarchae

---

1) cf. Fr. Delitzsch, De Habacuci prophetae vita atque aetate adiecta diatribe p. 90.

2) Patrologie, 2. Auf., Freiburg 1901, 274.

3) Art. „Epiphanius“ in Herzogs Real-Encyclopädie für protest. Theologie und Kirche V, 3 ed., Leipzig 1898, 421.

4) Divi Epiphanii (ut vulgo nominatur) liber de vitis prophetarum Graece . . . repurgatus a Ioachim Zehnero, impr. Schleusingae 1612, p. 2.

5) Commentatio in libellum de vita et morte prophetarum [Commentationes Latinae tertiae classis, instituti Regii Belgici Vol. V], Amstelod. 1833.

6) Chronique de Michel le Syrien. Éditée par la première fois et traduite en français par J. B. Chabot, tome premier, fasc. I, Paris 1899, p. 63—101.

Iacobitarum (1166—1199), qui quarto libro chronici sui vitas prophetarum Epiphanii inseruit.

s<sup>1</sup> = editio textus Syriaci ab Eb. Nestle secundum codicem manuscriptum Mus. Brit. add. 14536 (saec. VIII) facta in secunda editione grammaticae Syriacae (1888)<sup>1)</sup>. Iam in priore editione (1881) vitas quattuor prophetarum maiorum publicavit.

s<sup>2</sup> = versio anglica textus Syriaci ab Isaac H. Hall secundum codicem manuscr. in „Union Theological Seminary in New York“ facta et publicata.<sup>2)</sup> Cum textu istius codicis concordat etiam codex „Sachau 131“, quem Fr. Baethgen descripsit.<sup>3)</sup> Titulus nostrorum tractatum in istis codicibus est: Triumphi prophetarum, qui erant compositi ab Epiphanio Cyprio.

Inter quos testes syriacos solum s = textus syriacus apud Michaelem Syrum praebet aliquam confinitatem, ut editioni textus Graeci adscribantur variantes lectiones.

E nostro codice Parisino 1115 iam quater textus Epiphanianus editus est; editiones ennumero: Anno 1529 Albertus Torinus<sup>4)</sup> editionem „locis pluribus quam trecentis“ vitiosam fecit, quam Joachim Zehner anno 1612 repurgavit ipsa altera editione, quae a vidua liberis eius post mortem curata est. Iterum operam

1) Eb. Nestle, Syrische Grammatik [Porta linguarum orientalium, Pars V]. Zweite Aufl., Berlin 1888, p. 86—101. Variantes lectiones e codd. Mus. Brit. 12178. 17193 dedit Eb. Nestle, Marginalien und Materialien, Tübingen 1893, II, p. 36—43.

2) Journal of the Society of Biblical Literature and Exegesis Vol. VII 1, June 1887, Boston, p. 28 s.

3) Beschreibung der syrischen Handschrift „Sachau 131“ auf der K. Bibliothek zu Berlin in „Zeitschrift für die alttest. Wissensch.“ VI. Jahrg., Giessen 1886, p. 197.

4) Osc. v. Gebhardt, Hieronymus de viris illustribus in griech. Übersetzung [Texte und Unters. XIV 1] Leipzig 1896, p. XVIII false designat Erasmus editorem huius textus esse, dum solum eius editio „Sophronii“ in Torini librum *assumpta est*.

dedit editioni Dionysius Petavius, cui alter codex manuscriptus Augustanus, quem amicissimus illi Andreas Schott contulit, praesto erat; sed iste codex aliam recensionem praebuit, ut ex variis lectionibus apparet. Petavius autem solum prioribus editionibus codicis Parisini nixus multa vitia editionis Torini iterum communicavit, etiamsi quasdam lectiones altero codice adscito correxit. Editio Petavii prior anno 1622; altera 1688 facta est. Quartus Eb. Nestle editioni operam dedit anno 1893, cum codicem Parisinum vv. clcl. Jeanjan et Samuel Berger contulissent eique obtulissent. Editio ista quarta differt ab aliis prioribus editionibus, cum editor enumerationem prophetarum commutaverit. Sed in nostra editione ordinem codicis manuscripti tenemus, qui est sequens: α. Ναθάν. β. Ἀχίλας. γ. Ἰωάμ. δ. Ἀζαριὰς. ε. Ἡλίας. ζ. Ἐλισσαῖος. ζ'. Ησαΐας. η. Ἰερεμίας. θ. Ἰεζεκιήλ. ι. Δανιήλ. ια. Ὠσηέ. ιβ. Ἀμώς. ιγ. Μιχαίας. ιδ. Ἰωήλ. ιε. Ἀβδιοῦ. ις. Ἰωνᾶς. ιζ. Ναούμ. ιη. Ἀμβακούμ. ιθ. Σοφορίας. κ. Ἀγγαῖος. κα. Ζαχαρίας. κβ. Μαλαχίας. κγ. Ζαχαρίας. κδ. Συμεών. κε. Ἰωάννης ὁ βαπτιστής. Denuo codicem Parisinum contulit D. H. Gelzer. Itaque novam editionem faciemus auxiliis sequentibus:

A = editio Eb. Nestle, Die dem Epiphanius zugeschriebenen Vitae prophetarum in doppelter griechischer Rezension in Marginalien und Materialien, Tübingen 1893, II, p. 16—35.

B = collatio codicis Paris. gr. 1115 (anni 1276)<sup>1)</sup> fol. 228<sup>v</sup> facta a viro cl. H. Gelzer.

p = editio Petavii: S. Patris nostri Epiphanii Con-

1) Descriptionem vide apud Eb. Nestle, Marginalien und Materialien, Tüb. 1893, II p. 10 f. In fine istius textus sunt aliquae glossulae adiectae verbotenus sumptae ex Epiphanii libro adv. haeres. 55 (contra Melchisedecianos), quae de parentibus Melchisedech regis (Migne Patr. gr. 41, 973 B), de nomine patris Danielis (976 B), de Eliae ortu (ibid.), de tribus puercis (977 B) agunt.

stantiae episc. opp. omn. Tom. II. Dionysius Petavius ex veteribus libris recensuit etc. Parisiis 1622 p. 235—250; editio iuxta Parisinam anni 1622 adornata Colon. 1682 p. 238 ss; iterum exarata Migne P. gr. XLIII 415—427.

t = editio Torini: Epiphaniï episcopi Cypri de prophetarum vita et interitu commentarius graecus, una cum interpretatione e regione Latina, Albano Torino interprete . . . Basileae, apud Andr. Cratandrum. An. 1529, p. 6—39. Accentus falsi multaue alia vitia compositoris libri non animadvertuntur.

z = editio Zehneri: Divi Epiphaniï (ut vulgo nominatur) liber de vitis prophetarum Graece. Intra LXXXIII annorum spacium nusquam excussus, nunc autem locis pluribus quam trecentis repurgatus a Joachimo Zehnero, superintendente Hennenbergico ac Pastore Schleusingensi. Impressus Schleusingae. Sumptibus Thomae Schüreri, typis Sebastiani Schmuccij Anno MDCXII p. 10—150, textus Graecus minutiosissime impressus cum versione Latina et commentaticiis notis.

---

## B.

### De prophetarum vita et obitu, liber Dorotheo cuidam adscriptus.

Versio latina a Wolfgang Musculo primum 1557 edita e codice Graeco translata opera Dorothei cuiusdam, quae erant *συνόψεις* prophetarum, apostolorum discipulorumque Domini, omnibus communicavit. Dorotheus auctor istorum libellorum in titulo episcopus Tyri sub Diocletiano multa passus significatus est. Omnes, qui haec opera legerunt, ea falsata esse cognoverunt et temporibus multo recentioribus redacta. Cum autem codices manuscripti haud pauci inventi sint, qui Dorothei indices apostolorum discipulorumque Domini solum tradiderunt, plurimi virorum doctorum vitas

prophetarum investigandi operam neglexerunt; ideo istae cum aliis indicibus pro falsatione habitae sunt.

Postquam textus Graecus istius latinae versionis ab Io. Alb. Fabricio auxilio Chronici Paschalis, in quo etiam invenitur, reconstructus est, Fr. Delitzsch<sup>1)</sup> primum connexum inter istas prophetarum vitas aliasque sub Dorothei nomine propagatas scripturas inquisitioni subiecit, cuius eventus erat: „Ad authenticam . . . relationum Synopsi comprehensarum quod attinet, partem de prophetis a Dorotheo episcopo Tyri profectam esse posse, collata prisca ecclesiae synagogaeque traditione, partes de XII apostolis et LXX discipulis Domini itidem Dorotheum illum antiquum auctorem habere posse, facile concedes.“ Attamen non omnia, quae dixit, veritatem sapiunt; sed ea quae de prophetis iudicat recta esse censeo. Distinguendae sunt in istorum operum enumeratione duae vel tres partes, antiquioris aetatis, vitas prophetarum circumplectentes, pristiniore aetatis, indices de apostolis discipulisque conficti. Compositor istius trilogiae saeculo IX ineunte primam partem neglexit, alteram sibi adiunxit, ultimam redegit. Ita evenit, ut synopsis intentione impostoris commutationibusque sub manibus insciorum librariorum insciorumque interpolatorum et decursu temporum perpessa sit, adeo ut forma eius genuina, vitae prophetarum, quasi obruta sit<sup>2)</sup> et confictae apostolorum discipulorumque fabulae servatae sint.

Multi codices manuscripti, inter quos etiam Coisl. 224 (saec. XI), Coisl. 209 (saec. XI), qui indices solum apostolorum discipulorumque Dorotheo cuidam adscriptos tradunt, in appendice impostoris nobis referunt, Dorotheum e Graecis Hebraicisque libris opera transtulisse, et in

1) De Habacuci prophetae vita atque aetate. Accedit diatribe de Pseudodorotheo et Pseudepiphanio. Lipsiae 1842, p. 76 s.

2) cf. Fabricius, Biblioth. gr. VII 453 nota. Lambecius, Commentar. Bibl. Vindob. t. III p. 49—52.

prooemio legimus, illum multa conscripta nobis reliquisse, inter quae numerantur historia de LXX discipulis, et opera, in quibus de morte prophetarum apostolorumque agitur. At unus codex manuscriptus graecus Vindob. theol. gr. 77 tradidit synopsis prophetarum, quamquam omnes alii illam a Dorotheo conscriptam designant. Quomodo factum est? Cum redactor saec. IX ineuntis indices apostolorum discipulorumque suis intentionibus praepararet, quibus Byzantium ab apostolis fundatum esse demonstraretur, ideo ea quae ipsi ad id non idonea videbantur, intermisit. Itaque vitis prophetarum plurimi codices carent, qui a falsatore sunt redacti.

Altera pars Dorotheanae propheticae synopsis complectitur etiam excerpta e singulis prophetis de Messiae adventu prodigiisque collecta vitisque fabulosis praemissa. Iterum quaestio est: Dorotheusne ipse ea collegit? Primum testimonium istius collectionis habemus in Cosmae Indico-pleustae topographia christiana lib. V (c. annos 547—549 composita)<sup>1)</sup>, qui eam anonyme operi inseruit. Cosmas auctor locorum messianicorum non est, cum ab alio praedecessore singula scripturae loca desumpserit et parvis commentatiis notis adornaverit. Id etiam indolis mutatione, quam fecit, patet. Quamquam ordinem priorem non servavit, sed prophetas maiores minoribus immiscuit, qui prius ultimi erant positi, tamen formulam transitoriam: *λοιπὸν ἐπὶ τοῖς τέσσαρας τοῖς μεγάλους βαδιοῦμεν* non commutavit neque absceidit. Si tamen isti prophetici excursus iam saeculo VI propagati erant, nihil obstat, quominus Dorotheo, experientissimo interpretatori, attribuiamus.<sup>2)</sup> Nam iam Clemens Romanus in

1) Migne Patr. gr. 88, 260 ss.

2) Videtur collectio locorum messianicorum, inter quos etiam Mt. 27, 9 Ieremiae attribuitur ut in nostro textu, iam ante Hieronymum existisse, cum Mt. 27, 9 in Ieremiae apocrypho cuiusdam voluminis Hebraici se vidisse dicat; v. Schürer, *Gesch. des jüd. Volkes* III<sup>a</sup>, 272.

epist. 1 ad Corinth. 17, 1 videtur collectiones cognovisse, quae *περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ* ex Elia, Elisaeo, Ezechiele aliisque notis prophetis agebant. Negandum non est Iudaeos quoque locos de Messia agentes collegisse primoque saeculo ante Christum propagasse. Apologetae denique christiani secundi saeculi, Athenagoras, Ariston Pellensis, Iustinus martyr messianicis prophetiis ostendebant Iesum Christum verum Dei filium esse. Ideo Dorotheum auctorem (circa annum 290) etiam istorum locorum e prophetis collectorum esse negare non debemus.

Ad textum reconstruendum utimur istis subsidiis:

A = Vindob. theol. gr. 77 (Nessel XL, Lambec. 77; in-tus numeratus I B 19), saec. XIII. exeunt., bombyc. 34 linear., 32,5 × 23 pag., 26 × 18,5 script. spatii. Ut e folio 269<sup>v</sup> apparet, Angerius de Busbecke Constantinopoli comparavit. Descriptionem vides: Petri Lambecii Hamburgensis commentariorum de Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi liber tertius. Editio altera studio et opera Adami Francisci Kollarii, Vindobonae 1776, 430. Contulit Gelzer; iterum contuli.

s = editio Io. Alb. Fabricii: De vita et morte Mosis, libri tres cum observationibus Gilb. Gaulmini. Accedunt I. Pseudodorothei Tyrii et aliorum veterum apospasmata etc. II. Ben Sira et aliorum sententiae. III. Nicephori Callisti menologium breve cum praefatione Io. Alb. Fabricii, Hamburgi 1714, p. 414—469, adiecta Wolfgangi Musculi interpretatione latina.

L = „versio vulgata“ latina Musculi, quae primum anno 1557 lucem vidit noniesque usque ad annum 1680 impressa est. Mihi praesto erat editio in Maxima Bibliotheca Veterum Patrum et antiquorum scriptorum tom. III, Lugduni 1677, p. 422 ss.

B = Textus in Chronico Paschali editionis L. Dindorfii, Chronicon Paschale ad exemplar Vaticanum Vol. I. [*Corpus scriptorum historiae Byzantinae editio emendatio*



et copiosior, consilio B. G. Niebuhrii.] Bonnae 1832, iterum impressit Migne Patr. gr. 92, Parisiis 1865, 361 ss.

C = Prophetici excursus Dorothei, textus apud Cosmam Indicopleustem, topographia christiana l. V (Migne Patr. gr. 88, 260 ss).

Editionibus Chronici Paschalis codices manuscripti serviebant, qui variantes lectiones continent sigillis sequentibus notatas.

m = Monac. gr. 557 (saec. XVI), ol. Augustan., ex quo factae sunt duae editiones.

r = editio Raderi anni 1615 (repetita 1624).

p = editio Parisina Ducangii 1688 (repetita 1729).

v = Vatic. gr. 1941 (saec. X) in editione Dindorfii.

---

C.

De prophetarum vita et obitu,  
libri Epiphania adscripti recensio altera.

Ista recensio in multis codicibus manuscriptis annexa est enumerationi LXXII prophetarum et prophetissarum sub formula τοῦ αὐτοῦ. Primum Petavius in notis ad recensionem Epiphania priorem fragmenta huius textus e codice „Augustano“ edidit, deinde Constant. Tischendorf e codice Coislino 120 textum plenum publicavit. Ordo enumerationis idem est in omnibus usque adhuc inventis codicibus: α'. Ὠσηέ. β'. Ἀμώς. γ'. Μιχαίας. δ'. Ἰωήλ. ε'. Ἀβδιοῦ. ε'. Ἰωνᾶς. ζ'. Ναούμ. η'. Ἀμβακούμ. θ'. Σοφορίας. ι'. Ἀγγαῖος. ια'. Ζαχαρίας. ιβ'. Μαλαχίας. ιγ'. Ἡσαίας. ιδ'. Ἰερεμίας. ιε'. Ἰεζεκιήλ. ις'. Δανιήλ. α'. Ἡλίας. β'. Ἐλισσαῖος.

Ista recensio videtur prior altera Epiphania recensione e textu sequenti anonymo (D) orta esse.

Descriptio codicum haec est:

A = Coisl. 120 membr. saec. X ineuntis. Descriptionem

vide supra. Textus incipit fol. 218—223. Contulit Gelzer.

a = editio C. Tischendorf ex isto codice sumpta. Anecdota sacra et profana ex oriente et occidente allata sive Notitia codicum Graecorum etc. edidit Aenoth. Frid. Const. Tischendorf. Editio repetita, emendata, aucta. Lipsiae 1861 p. 110. E priorie editione (1845) iterum impressit Migne Patr. gr. 43, 415 s.

A<sup>1</sup> = Vindob. theol. gr. 89 (Nessel CLXXXIV. 54); intus numeratus II F 15. Fol. B: K. 89 chartac. saec. XIII—XIV, 305 foliorum. Fol. 1—6 *πλινὰξ σὺν θεῷ τοῦ παρόντος βιβλίον*. 22 linear. Angerius de Busbecke comparavit Constantinopoli. Noster textus post excerpta ex Epiphaniae Panarii facta fol. 298 incipit anonyrne *περὶ τῶν ἕξ καὶ δέκα κτλ.* usque ad 305<sup>v</sup>. Petri Lambecii Hamburgensis Commentariorum de August. Bibl. Caes. Vindob. liber tertius. Editio altera studio et opera Adami Fr. Kollarii, Vindob. 1776 p. 476. 487. Contuli.

B = Laur. Plut. IV 6 membr. saec. XI, 285 folior. Hic codex nostrum textum incomplete fol. 226<sup>v</sup>—249<sup>v</sup> tradit usque ad verba *πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ* in Eliae vita. Post Ieremiae vitam inserta sunt Paralipomena Ieremiae prophetae, inc. *ἐγένετο ἡνὺκα αἰχμαλωτεῦθῆσαν*, des. *ἐγγέγραπται ἐν τῇ ἐπιστολῇ Βαρούχ*, quae ab J. R. Harris, Cambridge 1889, edita sunt. Vide Alb. Ehrhard, Die altchristliche Literatur und ihre Erforschung. Freiburg 1900, p. 117. Erich Klostermann, Analecta zur Septuaginta. Leipzig 1895, 32 nostrum codicem designat. Contuli.

[B<sup>1</sup> = Baroc. 206 membr. saec. XIII. Vide H. O. Coxe, Catalogus Oxonii 1853, p. 366, qui initium fol. 117 nominat. Nondum collatus.]

C = Paris. 1085 membr. anni 1001, in fol. 248<sup>v</sup> initium Epiphaniae recensionis. Contulit Gelzer.

D = Coisl. 258 membr. saec. XII. Descriptionem vide supra. In fol. 200<sup>v</sup> noster textus incipit. Contulit Gelzer.

[d = Marcian. 498 saec. XIV. Graeca D. Marci Bibliotheca]

theca codicum manuscriptorum per titulos digesta. Praeside et moderatore Laurentio Theupolo 1740, p. 261. Nondum collatus.]

[d<sup>1</sup> = Napol. II AA 27 fol. 305 de prophetis. Nondum collatus.]

E = Fragmenta codicis Augustani cuiusdam, quae Petavius communicavit. Istum codicem Augustanum inter codices Augustano-Monacenses non inveni, ideo lectiones a Petavio editas confero apud Migne Patr. gr. 43, 395 ss in notis.

e = [Paris. 2496 saec. XVI. chartac. 73 foliorum; textus exstat in fol. 52—60. Vide H. Omont, Inventaire sommaire des Manuscrits Grecs de la Bibliothèque nationale. Seconde partie. Ancien fonds grec. Paris 1888 p. 271: S. Epiphani fragmentum de LXXII et XII prophetis.] Nondum collatus.

## D.

De prophetarum vita et obitu,  
liber ab anonymo quodam conscriptus.

Iste textus invenitur in antiquissimo codice Marchaliano, nunc Vatic. gr. 2125, qui per varias collationes exaratosque codices usque ad Origenis Hexapla seu Tetrapla reducit. Subscriptio nam in initio Isaiae<sup>1</sup>) et Ezechielis

1) fol. 84r (pag. 171): Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἄββα Ἀπολινάριου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπέταυτο ταῦτα. Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν, ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν ἔχον τὴν παρασημείωσιν ταύτην· διώρθωνται ἀκριβῶς Ἡσαΐα ἐκδόσεις· ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ἡσαΐαν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν; fol. 280v (pag. 568): Μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν καὶ διορθώθη (sic) ἀπὸ τῶν Ὀριγένους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἅτινα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο καὶ ἐσχολιογράφη τε, ὅθεν Εὐσέβειος ἐγὼ τὰ σὺλλογια παρέθηκα. Πάμφιλος καὶ Εὐσέβειος διορθώσαντο.

facta narratur, istum codicem ex exemplari coenobiarchi Apolinarii ortum esse, quod a Pamphilo correctum et ab Eusebio glossatum ex Hexaplis aut Tetraplis Origenis originem duxit. Textus noster praemissus est pag. 11 ss. graecae versioni prophetarum. Iam Eb. Nestle vidit recensionem antiquissimam optimamque vitarum propheticarum in isto codice exstare; quacum concordat textus syriacus antiquissimi codicis Syro-Hexaplaris Ambrosiani, cuius versio syriaca ad exemplar graecum reducitur, quod ex Origenis Tetraplis item exaratum erat.

Haec subscriptio in isto codice Syriaco<sup>1)</sup> Isaiæ librum sequitur: Explicit prophetia Isaiæ secundum interpretationem Septuaginta. Desumptus est et appositus (Isaias) ex Eusebii et Pamphili codice, quem illi etiam correxerant e bibliotheca Origenis.“ Et post Malachiae libellum descriptum est<sup>2)</sup>: „Desumpti sunt duodecim prophetae ex exemplari, quod erat secundum versiones quattuor columnarum (i. e. secundum Tetrapla). Pamphilus et Eusebius sedulo correxerant. Conversus autem est hic liber syriace in Alexandriae urbe, mense Canuni posterioris anni vicesimi octavi Alexandri, indictione quinta.“ Versio syriaca mense Martii anni 617 e Graeco facta est. Ideo concludimus etiam textum syriacum propheticarum vitarum e codice Graeco eodem tempore translatum esse quo librorum prophetarum, cum dubium non sit<sup>3)</sup>, quin Syriaca versio illarum vitarum e Graeco translata sit. Quamquam recensio textus graeci et syriaci eadem esse videtur, tamen quaedam differentiae existunt. In Graeco codice iam commemoravimus omnes vitas in una serie textui prophetarum praemissas

1) Codex Syro-Hexaplaris, liber quartus Reg. e cod. Parisiensi, Iesaias, duodecim prophetae minores etc. e cod. Mediolanensi. Ed. Henr. Middeldorpf, Berolini 1835, pars II, commentarii p. 508. Cf. Matth. Norberg, Codex Syriaco-Hexaplaris Ambrosiano Mediolanensis. Editus et latine versus, Londini 1787, tom. I p. VIII s. A. M. Ceriani, photolitogr. 1874 fol.

2) ed. Middeldorpf, p. 568.

3) *Marginalien und Materialien*, Tübingen 1893, p. 48 s.

esse, dum in syriaco teste vitae novem prophetarum minorum tantum singulis prophetis adiunctae sunt. Quamquam relatio inter duos testes neganda non est, tamen Origenem auctorem istius recensiois esse graviter dubitamus, aut ipsum eam iam cognovisse, ut Hamaker censet.<sup>1)</sup> Etiam ab aliis auctoribus vitae anonymae textui prophetarum praemitti aut singulis prophetis addi poterant.

Primum Hamaker<sup>1)</sup> istam recensionem animadvertit in cod. Leyd. Voss. 46, deinde A. Mai e codice Marchaliano (nunc Vatic. 2125) exemplo gustuique vitas et miracula Elisaei communicavit, deinde Const. Tischendorf e cod. Coisl. 224 textum publicavit itemque Eb. Nestle e cod. Vatic. 2125 collationibus Ferd. Börger et H. Dopffel usus.

Iam Ducange varias lectiones e cod. Paris. 1712, qui chronicum Pseudo-Symeonis Logothetae<sup>2)</sup> tradit, in notis ad Chronicon paschale annotavit. Combefis<sup>3)</sup> etiam partem istius chronici publici iuris fecit, at non eam, in qua textus noster exstat.

A = Vatic. gr. 2125 saec. VII.—VIII. membr. (Marchal-Claromont.). Vetustate lectionum, notationibus unicus aequae et insignis phototypice editus et auspice Leone XIII pont. max. curante Iosepho Cozza-Luzi abbate Basiliano S. Rom. ecclesiae vicebibliothecario, 1890. Descriptionem alteram vides apud Eb. Nestle, Die dem Epiphanius zugeschriebenen vitae prophetarum in Marginalien und Materialien, Tübingen 1893, II p. 10. Qui doctissimus vir editionem

1) Commentatio in libellum de vita et morte prophetarum, vide Comm. latinae tertiae classis, Instituti Regii Belgici Vol. V. Amstelod. 1833 pag. 4. 12. 16. 19—21.

2) K. Krumbacher, Geschichte der byzant. Literatur, 2. Aufl. München 1897 p. 358 s.

3) Scriptores post Theophanem, Paris 1685, 401—498; repetita editio per I. Bekker (Bonnae 1836) et Migne Patr. gr. 109, 663—882.

4) A. Mai, Nov. Patr. bibl. IV 1847, p. 318—320 narrationem *miraculorum Elisaei* ex isto codice exscripsit et publicavit.

huius textus curavit in eodem libello p. 16 ss secundum descriptionem nominatorum virorum.

Ordo prophetarum est: α'. Ἡσαΐας. β'. Ἰερεμίας. γ'. Ἰεζεκιήλ. δ'. Δανιήλ. α'. Ὡσηέ. β'. Μιχαίας. γ'. Ἀμώς. δ'. Ἰωήλ. ε'. Ἀβδιοῦ. ς'. Ἰωνᾶς. ζ'. Ναούμ. η'. Ἀμβακούμ. θ'. Σοφονίας. ι'. Ἀγγαῖος. ια'. Ζαχαρίας. ιβ'. Μαλαχίας. α'. Ναθάν. β'. Ἀγιά. γ'. Ἰωάδ. δ'. Ἀζαρίας. ε'. Ἡλλας. ζ'. Ἐλισσαῖος. η'. Ζαχαρίας.

Numeri desunt in codice, in margine initium vitae uniuscuiusque prophetae per crucem (†) nomine latina aut graeca lingua adiecto animadvertitur, interdum manu posteriore. 39 linearum. Pagg. 1—9 exstat tractatus Eusebii impressus apud Migne Patr. gr. 22, 1264 ss. Noster textus in pag. 11—24 exstat. Contuli.

B = Coisl. 205 (ol. 42) saec. XI. (al. XII.) membr. 269 foliorum. 22,5 × 17,3 pag., 14,3 × 9 scripturae spatii. Fol. 250 initium textus, in quo nomina prophetarum in marginibus scripta sunt, v. Abbé Martin, Description technique des manuscrits grecs . . . conservés dans les bibl. de Paris, Paris 1884, pag. 109 s. Ordo enumerationis idem est, qui in sequenti codice B<sup>1</sup>. Contulit Gelzer.

B<sup>1</sup> = Philadelph. bibl. 1141, saec. ignoti, chartac. 130 foliorum. 29—20 linearum. 10,5 × 7,5 pag., 8 × 6 script. spatii. Vide Isaac H. Hall, A hagiologic manuscript in the Philadelphia Library in Journal of the Society of Biblical Literature and Exegesis. Iune 1886, Boston, pag. 3 s. Codex fuit quondam monasterii Athis cuiusdam: κτῆμα τῆς σεβαστῆς μονῆς ἰεροσολύμων. Post Athanasii σύγγραμμα διδασκαλίας sequitur fol. 109: τὰ τῶν προφητῶν ὀνόματα κτλ. usque ad fol. 113 v. Hall edidit hunc tractatum ibidem pag. 29—39. Ista editio vitiosis scripturis plena est, ita ut non omnia vitia animadvertam pag. 31: οὐτος νομοθετήσαι, p. 32 Χαλδαίοι, p. 34 ἐθεόρου, μήνας, ὁμολογεί, κατάστησαι, p. 35 ἐπίνασεν, p. 36 δερμοτάς, p. 38 in vita Zachariae repetita est: οὐτος ἦν

ἐξ Ἱερουσαλήμ· ὁ οἶκος. Hall legit semper abbreviationem *Ἱηλ.* (Ἱερουσαλήμ) pro Ἱσραήλ. (p. 38 bis), p. 39 *ἱεροσύνης, ἐπέμεινεν, ἀπελθῶν* multaque alia vitia.

Ordo enumerandorum prophetarum in isto codice est: Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel; deinde minores prophetae: Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Nahum, Habbacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias, Zacharias pater Ioa. Bapt., Elias, Elisaeus, Selom qui et Eli, Nathan. Inter prophetas minores Michaeas deest. Hall p. 28 putat immerito Selom eundem esse ac Samuelem. Contuli.

C = Vatic. 1974 (ol. Basil. XIII) saec. XII. — XIII. membr. 125 foliorum; 19 × 14 pag., 15 × 10 script. spatii. 24—26 linearum. In fol. C index latinus. Ordo enumerationis idem est, qui in cod. sequenti D; deest Simon Cleophae. In fol. 100—107<sup>v</sup> exstat textus anonymus. Contuli.

Quocum codice saepius concordat:

D = Coisl. 224 (ol. 115. 2431) saec. XI. membr. 379 foliorum, nitidissime scriptus 25 × 19,5 pag., 17,2 × 15 scripturae spatii, 29 linearum. Fol. 8<sup>v</sup> Dorothei textus de apost., fol. 18—24<sup>v</sup> vitae prophetarum. Ex isto codice iam Constantinus Tischendorf textum edidit in „Anecdota sacra et profana“. Editio repetita, emendata, aucta (post primam 1845) Lipsiae 1861 p. 110—119; iterum ex prima editione impressus apud Migne Patr. gr. 43, 415, ubi textus lunulis includitur. Henr. Gelzer inscius istius editionis iterum codicem exaravit.

Ordo enumerationis prophetarum est: α'. Ἡσαΐας. β'. Ἱερεμίας. γ'. Ἰεζεκιήλ. δ'. Δανιήλ. α'. Ὡσηέ. β'. Ἀμώς. γ'. Ἰωήλ. δ'. Ἀβδιου. ε'. Ἰωνᾶς. ς'. Μιχαίας. ζ'. Ναοὺμ. η'. Ἀμβρακίου. θ'. Σοφονίας. ι'. Ἀγγαῖος. ια'. Ζαχαρίας. ιβ'. Μαλαχίας. α'. Ναθαν. β'. Ἀχίας. γ'. Ἰωάβ. δ'. Ἀζαρίας. ε'. Ἐλλας. ς'. Ἐλισσαῖος. ζ'. Ζαχαρίας. η'. ἄνθρωπος θεοῦ. θ'. καὶ ἄλλοι. ι'. Σίμων.

[D<sup>1</sup> = Ambros. 445 (H 104 sup.) anni 1434 chartac. VII + 164 foliorum, Binis columnis exaratus. Fol. 157<sup>v</sup>

textus incipit, cuius recensio plane concordat cum codice praecedente cum in prooemio invitatorio, tum in ordine enumerationis. Vide Catalogum codicum Graecorum Bibliothecae Ambrosianae. Digesserunt Aemidius Martini et Dominicus Bassi. Tom. I, Mediolani 1906, p. 537.] Nondum collatus.

E = Paris 1712 saec. XIV. membr. 430 foliorum, Chronicon Pseudo-Symeonis Logothetae continens, cui insertae sunt vitae prophetarum in fol. 65. Iam Ducange in edendo Chronico paschali isto codice usus variantes lectiones vitarum prophetarum cum illis Chronici paschalis callatas in notis communicavit (impress. iterum apud Migne Patr. gr. 92, 362 ss). Codicem contulit Gelzer.

F = Leyd. Voss. 46, cuius lectiones H. A. Hamaker, (Commentatio in libellum de vita et morte prophetarum), passim communicavit: pag. 28 Nathan, 31 Achias, 148 Osee; 149 Amos, 163 Ioël, 168 Ionas, 185 Nahum, 191 Habacuc, 206. 208 Aggaeus, 217 Zacharias Iojadae filius. Videtur deesse Ioam et Azarias.

Istius recensionis mihi videtur etiam esse textus codicis Baroc. 131 fol. 73<sup>v</sup> saec. XIV: *περὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, πόθεν ἕκαστος αὐτῶν ἦν καὶ ποῦ τετελείωται*. Inc. *Ἡσαΐας ἦν ἐξ Ἱερουσαλήμ*, quem Eb. Nestle, Margin. und Material. II p. 12 commemorat. Vide: Catal. codicum manuscr. bibliothecae Bodleianae pars prima. Confecit Henr. O. Coxe, Oxonii 1853, 212.

Codicum textus in duas vel tres recensiones dividuntur; prior non interpolata solum in cod. Vatic. 2125 exstat, altera Dorotheana recensione commixta in omnibus fere aliis cod. mss. invenitur, qui non eodem modo illam servabant; nam codices Coisl. 205 eiusque socius Philadelph. 1145, item Paris. 1712 et Leyd. Voss. 46 auxilio textus Epiphaniiani prioris (A) ascito novam redactionem inaugurant, dum Coisl. 224 eiusque copia Ambros. 445 (H 104 sup.) et Vatic. 1974 solam cum Dorothei textu commixtionem initam demonstrant typum cod. Vatic. 2125 aliter secuti.



## E.

De prophetarum vita et obitu,  
recensio scholiis Hesychii aliorumque patrum  
in prophetas adiecta.

D. Hoeschelius<sup>1)</sup> primum istam recensionem vitarum propheticarum communicavit, quas sub nomine Hesychii cuiusdam e codice „Augustano“ deprompsit. Sin dubio iste codex hodie idem est, qui Monac. gr. 472<sup>2)</sup> numeratur; etiam M. Faulhaber<sup>3)</sup> affirmat illam editionem e nostro codice ortam esse. Sed differentia inter codicem et editionem Hoeschelianam haud exigua est. Dum in codice capitulatio Hesychio attributa unicuique propheticae scripturae antepositur, deinde textus communicatur, cuius in fine vita uniuscuiusque prophetae litteris maiusculis *anonyme* annotatur, Hoeschelius capitulationes cum vitis prophetarum sociavit et sub nomine Hesychii publicavit. Deinde quasdam vitas, quae in codice defuerunt, subrogavit per alias e recensione Epiphania sumptas. Ideo primum ad codicem Monacensem 472 recurrendum est, priusquam editionem Hoeschelianam admovemus.

Eadem recensio anonyma, falsatim Hesychiana dicta<sup>4)</sup>,

1) D. Hoeschelius, Adriani Isagoges in sacras litteras August. Vindelic. 1602, 2<sup>o</sup>. Mihi editio huius tractatus praesto fuit in libro Tractatum biblicorum hoc est Variarum in diversas materias biblicas commentationum, volumen prius, sive Criticorum sacrorum tom. IV, Francof. 1696, fol., p. 28ff. Iterum impressa est Hesychii recensio apud Migne P. gr. 93.

2) vide Ign. Hardt, Catalogus codic. Manuscript. Monac. Vol. I. Cod. graeci, tom. IV, Monachii 1810, 458.

3) Hesychii Hieros. interpret. Isaiae Prophetae, Frib. 1900 p. XXXII.

4) item Relandus cum Hoeschelio Hesychio attribuit, vide Nestle, Margin. a. l. p. 5; Fr. Delitzsch, De Habacuci prophetae vita atque aetate, accedit diatribe de Pseudodortheo et Pseud-epiphania, Lipsiae 1842, p. 88 nota, qui alium errorem Ios. Franc. Budde designat.

etiam in alias commentationes scriptorum ecclesiasticorum transiit, quam in fine commentariorum ipsorum ad complendam prophetarum historiam posuerunt. Exempli gratia in nonnullis codicibus etiam commentationibus Cyrilli Alexandrini<sup>1)</sup>, item enarrationibus Theodreti episcopi Cyrenensis in codice Laurentiano addita est, item expositionibus Theophylacti, Bulgariae archiepiscopi, quae ad minores quinque prophetas tantum editae sunt. Omnibus istis vitarum redactionibus una eademque forma erat communis, quae solum XII minores prophetas excepta vita Habacuci continebat. Istam Habacuci vitam ex aliis recensionibus supplebant, item Hoeschelius vitam Isaiae aliorumque maiorum prophetarum.

Ideo ad textum reconstruendum mihi praesto fuerunt illi testes:

A = Cod. Monac. gr. 472 saec. XI. membr. 370 ff. (Hardt IV 458 ss); fol. 20<sup>v</sup> vita Oseae; fol. 25<sup>v</sup> Ioelis, fol. 35<sup>v</sup> Amos, fol. 37<sup>r</sup> Abdiae, fol. 40<sup>v</sup> Ionae, fol. 48<sup>r</sup> Michaeae, fol. 51<sup>v</sup> Nahum, (fol. 55<sup>r</sup> deest Habacuc), fol. 58<sup>v</sup> Sophoniae, fol. 62<sup>r</sup> Aggaei, fol. 77<sup>v</sup> Zachariae, fol. 82<sup>v</sup> Malachiae. Contuli.

a = editio Hoeschelii, Adriani Isagogis in sacras literas, August. Vindel. 1602, 2<sup>o</sup> [Tractatum biblicorum hoc est Variarum in diversas materias biblicas commentationum, volumen prius sive criticorum tom. VI, Francof. 1696, p. 28 ff.], iterum impressa apud Migne Patr. gr. 93, 1348 ss.

B = Vitae prophetarum minorum, quae sunt additae Theodreti episcopi Cyri enarrationibus. Inveniuntur in editione operum Theodreti ab Io. Lud. Schulze facta, quas exscripsit e Codice Laurentiano plut. XI cod., 4 saec. XI foliorum 304, chartac. (Bandini, Catal. cod. Ms. Bibl. Med. Laur. t. I, p. 499). Iterum impressus apud Migne P. gr. 81: ad Osee p. 1632 D; ad Ioelam (1633 C);

1) ut notatur apud Migne Patr. gr. 93, 1347 nota 4.

ad Amos (1664 C), ad Abdiam (1709 C), ad Ionam (1724 D), ad Michaeam (1741 D), ad Nahum (1789 D), ad Sophoniam (1837 C), ad Aggaeum (1861 D), ad Zachariam (1876 D), ad Malachiam (1961 D).

C = Vitae prophetarum adiunctae Theophylacti expositionibus ex editione apud Migne P. gr. 126: ad Osee (pag. 817 C — D), ad Habacuc (904 B — D), in Ionam (968 B — D), in Nahum (1048 C), in Michaeam (1189 D).

[D = Ambros. gr. 433 (H 45 sup. olim V 392) membr. saec. IX., scholia in Ioel, Abdiam, Ionam, Habacuc, Sophoniam. In isto codice videntur etiam textui Hesychii vitae annexae esse; at Ant. Ceriani notam fol. II<sup>v</sup> fecit, quae dubium exprimit, an istae vitae Hesychianae recensio sint. Catalogus codicum Graecorum Biblioth. Ambrosianae. Digesserunt Aemidius Martini et Dominicus Bassi. Tom. I. Mediolani 1906, p. 522.] Nondum collatus.

[E = Ambros. 260 (D 96 sup.) saec. X.—XI., bombyc. Textum Sophoniae fol. 20, Aggaei fol. 33<sup>v</sup>, Zachariae fol. 35 sequuntur vitae. Utrum istius recensio sint an alius, nescio. Vide Catalogum codicum graec. Bibl. Ambros. Digesserunt Aem. Martini et Dom. Bassi, Tom. I. p. 291.]

---

### Appendix.

Versio Latina textus Syriaci Epiphanio et Cornelio in cod. Sinait. Syro 10 (saec. IX.) attributi.

Inter iam nominatos textus syriacos, quorum tres aut quattuor recensioes Epiphanio attribuuntur aut in libro Salomonis Bassorae<sup>1)</sup> inveniuntur aut in codice syrohexa-

---

1) J. M. Schoenfelder, Salomon. Bass. liber apis. Bambergae 1866. Ern. Wall. Budge, The Book of the Bee [Anecdota Oxoniensia Semitic. Ser. Vol. I. part. II]. Oxford 1886 p. 69.

plari Ambrosiano reservantur, etiam commemoratione dignus est ille, quem Agnes Smith Lewis<sup>1)</sup> e cod. Sinait. Syro 10 (saec. IX.) edidit, ubi Epiphanio episcopo Constantiae Cypri et Cornelio Hierosolymitano attribuitur. Textibus nostris haud affinis est. Versionem latinam fecit mihi amicissimus Dr. Caspar Julius, vir linguarum orientalium experientissimus.

---

1) Catalogue of the Syriac Mss. in the Convent of S. Catherine on Mount Sinai [Studia Sinaitica I.]. London 1894, pag. 4 ss.

ALTERA PARS.  
INDICES XII APOSTOLORUM ET LXX DISCIPU-  
LORUM DOMINI.

Usque adhuc indices apostolorum discipulorumque Domini sub nominibus Dorothei et Hippolyti cogniti erant nuntiis de vita, praedicatione, morteque aut de episcopali sede apostolorum expediti. Cum Dorotheana synopsis in prooemio tempus existentiae nominaret, i. e. anno 525, multi doctissimi viri eos indices istis temporibus factos et inde propagatos esse censuerunt. Nostris autem temporibus et iam prius suspicio illata est prooemium Dorothei mendacium esse neque prius saeculo octavo totam Dorotheanam synopsis inventam. Imprimis Lud. Duchesne fabulis fictis aetatem posteriorem defixit. Revera collatione syriacorum textuum intelligendum est indices apostolorum in Syria Palaestinaque compositos indeque a Ps. Dorotheo depromptos et mutatos esse. Adiunxit falsator aliquas novas fabulas, quae aetatem posteriorem indicant praedicto compositionis in prooemio termino. Item indicem discipulorum in syriaco fonte nondum numerum LXX complectentem enumeratis in scripturis Novi Testamenti aut in Chronico paschali discipulorum aut diaconorum nominibus complevit. Ideo R. A. Lipsius aliique immerito omnes recensiones originarie in Pseudo-Dorothei indices reduxerunt, imprimis illam sub nomine Epiphaniae aut anonymerum traditam, quam unus codex Vindob. theol. gr. 77 Dorotheo attribuit. At cum aetas istius codicis quattuor aut quinque saeculorum spatio antiquissimis Dorothei codicibus minor natu

sit, et alii antiquiores codices istum textum sub Epiphanii nomine, ut etiam Epiphanius monachus saec. IX ineunte testatur, tradant, eum Dorotheanae synopsis fuisse censere illicet. Contrarie videndum est Epiphanii textum fontem Pseudo-Dorothei fuisse. Ideo primum de Epiphanii aut anonymi tradito textu agemus.

## A.

Index apostolorum discipulorumque Domini.  
Epiphanio attributus.

R. A. Lipsius<sup>1)</sup>, qui investigandis istis textibus magnam operam dedit, istam recensionem nominavit Dorothei textum priorem, cum eum unus codex manuscriptus Vindob. theol. gr. 77 (al. 40) sub eius nomine tradat. At non solum primo litterario teste Epiphanio monacho, scriptore ecclesiastico saec. IX ineuntis, sed etiam in codice manuscripto Epiphanio Cyprio attribuitur.

Epiphanius monachus<sup>2)</sup> in eius opere *περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν πράξεων καὶ τέλους Ἀνδρέου* dicit Epiphanium episcopum Cypri ex traditione referre, quae de Andreae apostoli praedicatione nota sint. Verbotenus deinde illum locum refert, quomodo in nostro Epiphiano textu exstat. Etiam indicem 70 discipulorum Domini illi attribuit. Qui testis primus adiuvatur alio teste, codice Parisino gr. 1115 (a. 1276), in quo sub formula *τοῦ αὐτοῦ* noster textus illi Epiphanio de prophetarum vita et obitu annumeratur. Sed posterioribus temporibus tum anonymi, cum sub aliis nominibus servatur.

1) Die apokr. Apostelgesch. und Apostellegenden. Erster Band. Braunschweig 1883, p. 23. 197 Anm. 2.

2) Alb. Dressel, Epiphanii monachi et presbyteri edita et inedita, Parisiis et Lipsiae 1843, p. 49, 23.

### XXXVI INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

In editione commentariorum ab Oecumenio in acta apostolorum et in omnes Pauli epistolas factorum iste index videtur sub eius nomine exstare, in versione graeca libri S. Hieronymi de viris illustribus titulati sub Sophronii cuiusdam nomine, dum alii codices mss. Pii 47, Baroc. 142, Matrit. 145 anonyme tractatum tradunt neque ullum auctoris nomen referunt. In cod. Vindob. theol. gr. 77 autem noster textus alibi Epiphanio adscriptus tunica Dorotheana i. e. prologo, in quo Dorothei vita laudatur, vestitus est et introductione Dorotheana circumdatus. In cod. Athous Vatopod. 635 (saec. XI) etiam „apostolorum canones“ indices nostri nominantur.

Ideo codices mss. et editiones huius textus sunt sequentes:

A = Paris. 1115 (ol. Medic.-Reg. 1936. 1026. 2951) anno 1276 per Leon. Cinnamum exaratus, bombyc. 314 foliorum.  $23,5 \times 16,5$  pag.,  $17,5 \times 11,5$  script. spatii 25 linearum. Fol. 228<sup>v</sup> de prophetarum vitis Epiphanii textus, fol. 233<sup>v</sup> τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἐγίων ἀποστόλων κτλ. Contulit Gelzer.

B = Vindob. theol. gr. 77 (saec. XIII exeunt.). Fol. 259 sub introductione Δωροθέου Τύρου κτλ. Contulit Gelzer.

b = Latina versio huius textus secundum istum codicem facta, quae Wolfgango Musculo attribuitur primumque anno 1557<sup>1)</sup> impressa est: Ecclesiasticae historiae auctores Eusebi, Pamphili, Rufini, Socratis, Theodreti, Sozomeni, Theodori, Evagrii et Dorothei episcopi Tyri Synopsis Apostolorum ac Prophetarum vitas complectens eodem (sc. Musculo) interprete, nunc primum in lucem aedita. Basil. MDLVII p. 662 ss.

C = Vat.-Pii gr. 47 saec. XII membr. 153 foliorum,  $15,5 \times 11$  pag.,  $11 \times 8$  script. spatii 24 linearum. Vide:

1) Lipsius, Die apokryph. Apostelgesch. I 194 indicat anno 1570 primum editum fuisse librum; contra Osc. v. Gebhardt, Hieronymus de viris illustribus in griech. Übersetzung (Texte und Unters. XIV 1.) Leipzig 1896 p. IX nota 6.

Codices mss. Graec. Reginae Suecorum et Pii PP. II. recens. Henric. Stevenson senior, Romae 1888 pag. 164. Fol. 151<sup>v</sup> textus incipit. Contuli.

D = Baroc. 142 saec. XIV ineuntis, chartac. 492 foliorum, in 4<sup>o</sup>. Fol. 284 *περὶ τῶν ἀγίων ἀποστόλων τῶν ἰβ' ὀνομάτων κτλ.* Deinde sub Dorothei nomine enumeratio LXX discipulorum. Vide Catal. cod. mss. bibl. Bodleianae pars I. Confecit H. O. Coxe, Oxonii 1853, 242. 245; C. de Boor, Cod. Baroc. 142 in Zeitschr. f. Kirchengeschichte VI 1884/5, 478 ss. Contulit Gundermann.

[d = Vatoped. 635 saec. XI fol. 7—10<sup>v</sup> sub titulo: *διατάξεις τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος τοῖς ἔθνεσι ἀποσταλεῖσαι.* Vide R. A. Lipsius, Die apokr. Apostelgesch., Ergänzungsheft S. 3. 80. 87.] Nondum collatus.

E = textus inter commentarios Oecumenii in epistolas Novi Testamenti, primum editus: *Ἐξηγήσεις παλαιαὶ καὶ λίαν ὠφέλιμοι κτλ.* Expositiones antiquae ac valde utiles . . . ex diversis sanctorum patrum commentariis ab Oecumenio et Aretha collectae. Veronae 1532. Mihi praesto fuit editio: *Οἰκουμένλου ὑπομνήματα εἰς τὰς τῆς νέας διαθήκης πραγματείας τάσδε.* Oecumenii commentaria in hosce novi Testamenti tractatus, in acta apostolorum, in omnes Pauli epistolas etc. Opus nunc primum graece et latine editum etc. interprete Ioan. Hentenio, emendatore et praelectore huius editionis Fed. Morello, Lutet. Parisiorum pag. i.

[e = Canonic. 34 saec. XVI chartac. 319 foliorum in quarto, in usum Ioannis Francisci Picis, ducis de Miranda, manu Michaelis Damasceni Cretensis, nitide exaratus. Fol. 314<sup>v</sup> duodecim apostolorum nomina etc., ut in expositionibus in Novum Testamentum ab Oecumenio collectis praemissa. Vide Catal. cod. mss. bibl. Bodl. pars III., codices Graecos et Latinos Canonicianos continens, confecit Henr. O. Coxe, Oxonii 1854 pag. 38.] Nondum collatus.

F = Matrit. 105 e bibliotheca Constant. Lascaris, saec. ignot. (cum catalogus non indicet), chartac. 108 foliorum. Fol. 37 *exstat* index apostolorum editusque est in catalogo.



XXXVIII INDICES APOSTOL. DISCIPULORUMQUE DOM.

Regiae biblioth. Matritensis codices graecos mss. Ioannes Iriarte excussit, recensuit, notis, indicibus, anecdotis pluribus evulgatis illustravit. Vol. I. Matriti 1749 pag. 415 ss.

[f = Ambros. 484 (L 49 sup., olim N. 36); ea pars ubi index exstat saec. XIII est. Fol. 116<sup>v</sup>: *περὶ τῶν ἀγίων ἀποστόλων, ὅπου αὐτῶν ἕκαστος ἐκήρυξε κτλ.* Deinde fol. 118 videtur sequi index LXX discipulorum Domini anonymi. Fol. 120 *περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς ἐν Γάζῃ κτλ.* Sequuntur ibi elenchus eorum qui defecerunt a fide necnon illorum qui pro eis suffecti sunt. Vide Catalog. codicum graecorum bibliothecae Ambrosianae. Digess. Aemidius Martini et Dom. Bassi. Tom I. Mediol. 1906, 581 s.] Nondum collatus.

[f<sup>1</sup> = Sinait. 266 saec. XV chartac. V. Gardthausen, Catalogus Codicum graecorum Sinaiticorum. Oxonii 1866, 54.] Nondum collatus.

F<sup>1</sup> = Textus sub Sophronii nomine, qui versioni graecae Hieronymi libri de viris illustribus titulati insitus est. Erasmus primum anno 1516, iterum 1524 editiones curavit e codice, qui nunc in bibliotheca urbis Zürich (Cod. Turic. [C 11] saec. XIII [al. XIV]) servatur. Aliae sex editiones secutae sunt usque ad Mignianam Patr. lat. XXIII Paris. 1854 col. 602—722, quarum nulla, neque Erasmi ipsius, momenti critici est, cum editor primus codicem non ipse exaraverit, sed compositorum literarum in impressionis fabrica ad imprimendum dederit. Ideo Osc. de Gebhardt<sup>1)</sup> novam editionem fecit.

Is qui librum Hieronymi in graecum transtulit, solum eorum apostolorum vitas e nostro textu sumens addidit, qui non iam in catalogo Hieronymiano erant nominati; qui sunt Andreas, Iacobus, Philippus, Bartholomaeus, Simon Cananaeus. Annexa est illis appendix quaedam de Timotheo,

1) Hieronymus de viris illustribus in griechischer Übersetzung (Der sogenannte Sophronius) [Texte und Unters. XIV 1b] Leipzig 1896 p. XVII ss.

Tito, Crescente et eunucho Candaces, eadem quæ in codice Barocciano exstat. Ad demonstrandam novam seriem versionis graecae, quæ differt a latino Hieronymi textu, Osc. de Gebhardt latina nomina et graeca connexuit isto modo. De vir. inl. Ps. Sophr.

Cap. I. Simon Petrus . . . A'	B'. Ἀνδρέας.
II. Iacobus frater Domini . . . Γ'	E'. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαιου.
III. Matthaeus . . . Δ'	Z'. Φίλιππος.
IV. Iudas frater Iacobi . . . ΙΑ'	H'. Βαρθολομαῖος.
V. Paulus . . . ΙΔ'	Θ'. Θωμᾶς.
VI. Barnabas . . . ΙΕ'	I'. Σίμων ὁ Καναναῖος.
VII. Lucas . . . ΙΖ'	ΙΓ'. Ματθίας.
VIII. Marcus . . . ΙΒ'	ΙΖ'. Τιμόθεος.
IX. Iohannes . . . ς'	ΙΗ'. Τίτος.
X. Hermas . . . Κ'	ΙΘ'. Κρίσκης. Ἐλνούχος Κανδάκης.

### Appendices.

Indicibus XII apostolorum annectuntur in nonnullis codicibus appendices de quibusdam discipulis aut de evangelistis.

1. De Timotheo, Tito, Crescente, Eunucho reginae Candaces.<sup>1)</sup>

De Timotheo referunt: textus apud Oecumenium, itemque Pseudo-Sophronii textus graecus.

De Tito: Vindob. theol. gr. 77; Oecumenian. recensio, Ps. Sophron., Baroc. 142; Vatic. 1506; Vatoped. 635 saec. XI (vide Lipsius, Ergänzungsheft p. 87). Vallie. 47; Ath.

1) Ottob. 167 fol. 147<sup>v</sup> et Ambros. 506 (M 15 sup.) fol. 114<sup>v</sup> ante istos textus tradunt: τῶν δὲ ο' οἱ πρόκριτοι εἰσιν οὗτοι. Παῦλος, Μάρκος, Λουκᾶς, Τίτος, Κανδάκης ὁ ἐλνούχος, Ἰωάννης βαπτιστής.

XL INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

Esphigm. 131; Laurent. 56, 13. Variantes lectiones non multum distant.

De Crescente iidem testes.

De Eunuchō Candacis reginae: iidem testes, quibus adiungitur Ambros. 484 (L 49 sup. ol. N. 36), qui in fol. 120 *περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς ἐν Γάζῃ Κανδάκις κτλ.* tradit.

2. De LXX discipulis apud Clementem Alexandrinum. Quamquam Eusebius h. e. I 12, 2 e libro quinto hypotyposeon Clementis Alexandrini solum notitiam de Cepha sumpsit, quem discipulum fuisse dicit, tamen posteri censuerunt Eusebium etiam alios discipulos ex eodem fonte sumpsisse. Ideo catalogus complurium discipulorum dissipatus est, qui ad Clementem Alexandrinum reducitur. Inter istos discipulos nominantur: Barnabas, Sosthenes, Cephas, Matthias, Eubulos, Pudens, Crescens, Barnabas et Linus, Thaddaeus, Cleopas et qui cum eo erant. Exstat iste catalogus in codicibus Vatop. 635 fol. 10<sup>v</sup> (Lipsius, *Ergänzungsheft* p. 3); Vatic. 1506 fol. 78<sup>v</sup>; Ottob. 167 fol. 147<sup>v</sup>; apud indicem Oecumenii commentariis praemissum.

3. De electione septem diaconorum aliqui codices Act. 6, 3 ss exscripserunt separatimque tradunt: index apud Oecumenium, Matrit. 105, Ottob. 167 fol. 147.

4. De evangelistis et conscriptione quattuor evangeliorum.

a. Textus brevior, inc. *δεῖ γινώσκειν* etiam Hippolyto Thebano attribuitur; vide Diekamp, Hippolytos von Theben. *Texte und Untersuchungen*, Münster 1898 pag. 40 et LIV, ubi Paris. 177 saec. X aliique codices manuscripti notantur. In Vatic. 1506 saec. XIII—XIV fol. 78<sup>v</sup> etiam reservatur.

b. Textus longior in Vatic. 1506 fol. 78<sup>v</sup> et Vatic. 1974 fol. 6, Ottob. 268 fol. 44<sup>v</sup> reservatur. Similis est textui, quem Diekamp l. c. p. 40 numero IX c designat.

c. Fragmenta de conscriptione Marci et Lucae evangelii in Barbar. 306 saec. XVI post Hippolyti textum *reservantur*.

## B.

Index discipulorum apostolorumque Domini.  
Pseudo-Dorothei.

Claruisse dicitur Dorotheus noster anno 303 multa sub Diocletiani persecutione passus tandemque in exilium missus; sedata tempestate ad ecclesiam suam rediit, ad Iuliani usque tempore superstes, sub quo ad Odysseam civitatem aufugit, ubi a Iuliani praefectis comprehensus, post varia tormenta vitam martyrio finivit, aetatis an. 107. Plane conficta haec omnia esse patebit, nullius scriptoris saeculo nono antiquioris testimonio fulta. Etiam Dorothei exscriptorem nomine Procopium, ut ipse indicat, scripsisse Probo et Philoxeno Css. hoc est anno 525, mendacium est. Admodum probabile anonymum saec. IX fuisse ipsius indicis Dorotheani de LXX discipulis conditorem, quocum indices de prophetis et de apostolis alio ex fonte haustos adiunxerit et in lucem sub presbyteri Procopii nomine evulgaverit. Multi doctissimi viri<sup>1)</sup> fidem tribuerunt illi nuntio a. 525 hanc historiam fictam esse et totius imposturae originem eruerunt, quae non alia esset quam illa inter sedem Romanam et CPolitanam de praesidentia contentio praesente Romano pontifice Ioanne Byzantii anno 525 iterum acta. Sine dubio index de LXX discipulis Domini ita constructus est, ut demonstretur, sedem episcopalem Constantinopolitanam vetustiore priusque fundatam esse ab Andrea apostolo sede Romana a Petro. Inter Dorothei opera distinguemus prologum i. e. vitam Dorothei martyris, deinde prophetarum synopsis, de qua supra iam egimus, deinde apostolorum indicem et discipulorum catalogum, deinde episcoporum Byzantinorum

---

1) Guil. Cave, Scriptor. ecclesiasticorum historia literaria a Christo nato usque ad saeculum XIV, Londini 1688 p. 114. Fabricius, Bibl. Graeca tom. VII 566 (ed. Harless) Procopium ipsum affinxisse totam illam disputationem credit.

## XLII INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

seriem a Stachy ad Metrophanem auctam, denique appendicem Dorotheanae synopsis.

Vita Dorothei martyris, quam epilogus describit, falsis narrationibus adaucta ex Eusebii historia ecclesiastica VII 32<sup>1</sup>) orta est. Auctor synopsis prophetae Dorotheus nominatus non episcopus Tyri, sed presbyter Antiochiae simulque fabricae imperialis purpuriae Tyri erat domesticus palatii Diocletiani. Hoc munere fungens Tyri etiam cationibus ecclesiasticis scripturaeque exegeticae arti operam dedit. Linguarum, imprimis etiam Hebraicae, peritus erat. Quae sunt indicia Eusebii, quibus alia ex eiusdem h. e. libro VIII 6<sup>2</sup>) coniuncta sunt. Ibi enim Eusebius martyrio coronatum esse tradit Dorotheum aliquem cum socio, Gorgonii nomine, qui autem Nicomediae palatii Diocletiani domestici erant. At istum Dorotheum non eundem esse ac priorem verisimile est. Noster falsificator autem istas duas narrationes coniunxit et addidit Dorotheum 107 annos vixisse et Iuliani persecutione martyrio passum esse. Primus testis huius amplificatae Dorothei vitae est Theophanes, qui in Chronographia circa ann. 810/11 composita vitam eius describit.

De prophetarum synopsi supra iam egimus, ubi demonstravimus, istam unicum et genuinam partem Dorotheanorum operum esse.

Cui adiunxit impostor e graeco-syriaco fonte apostolorum indicem variis rebus, imprimis vita Andreae, mutatis, ubi consilium animadvertitur probandi Andreae iter ab Hellesponto et Thracia per Byzantium in Graeciam fecisse. Etiam seriem apostolorum commutavit ultimis nominibus secundum canonicos indices redactis. Aliisque locis traditiones minoris aetatis suscepit et incorporavit, quorum primi testes saeculo IX exeunte existunt.

---

1) Migne Patrol. gr. 20, 721 B; ex Eusebio sumpsit Nicephorus Callisti Xanthopulus Patr. gr. 145, 1200 C.

2) Migne Patr. gr. 20, 753 A; Nicephorus Call. h. e. VII 5 (Migne 145, 1214 C).

Tertio dicemus aliquid de LXX discipulorum serie, quam ipsam item ab indice graeco-syriaco incompleto suscepit et ad numerum LXX complevit. Ibi inseruit Stachyn, quem primum ab Andrea episcopum Byzantii institutum esse narrat. Alia nomina sumpsit ex indice Chronici paschalis ita ut unus e discipulis nomine duplicato duobus in locis episcopus factus sit. Episcoporum sedes traditione vacant, nullis testibus, nisi singillatim saeculi IX, praesentibus. Arbitrio falsatoris episcopales urbes singulis discipulis attributae sunt.

Quarto deinde agemus de serie antenicaena episcoporum Byzantinorum a Stachy ad Metrophanem ducta. Fr. Fischer, qui istis seriebus maxime studuit in libro „de patriarcharum Constantinopolitorum catalogis“ inscripto ostendebat illam seriem e diptychis liturgicis ortam esse. At non solum talia diptycha desunt, sed primi testes istius indicis etiam saeculo nono inveniuntur, in patriarchae Nicephori (c. 806 — 815, † 829) brevi chronologia, quam genuinam esse alibi negatur; deinde saeculo decimo quarto apud Nicephorum Callisti Xantopulum, h. e. VIII 6, si codicum manuscriptorum, quorum antiquissimi saec. X scripti sunt, testimonia neglegimus.

Etiam saeculo nono ineunte narratio, quae Stachyn primum Byzantii episcopum ab Andrea institutum fuisse refert, dissipata notaque est, ut Epiphanius monachus in vita Andreae (c. 800—815 composita) testatur, deinde iterum Nicephorus patriarcha, cuius testimonium non certum est, deinde Georgius monachus Hamartolus in libro „chronicum breve“ titulato et c. 866/67 finito, deinde Nicetas David Paphlago († 880) in panegyrico in Andream, quos multi alii testes sequuntur.

Denique appendicem Dorotheanae synopsis respiciemus, qui excerpta loca e Ieremiae vita praebet. Iste tractatus refert de Ieremiae vaticinio et arcae occultatione, quae narrantur in secundo Macchabaeorum libro c. 2, 4—8 *itemque in vitis prophetarum Dorotheo adscriptis. Quae*

XLIV INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

historia ex antiquiore Dorotheani operis parte reservata est etiam in codicibus, in quibus vitae prophetarum non sunt receptae. Istae reliquiae, quibus coniungitur notitia Dorotheum ἐξ *Ἐβραίων* sumpsisse, nobis demonstrant Dorotheum fuisse auctorem synopsis propheticæ. Cur ea historia de Hieremia reservata narrataque sit nescio. Inter alias appendicis historias etiam narratur Simonem Cyrenensem pro Christo crucifixum esse, deinde quomodo Herodiadis filia Herodesque e vita decesserint.

Rebus sic stantibus iudicio priorum accedimus Dorothei synopsis falsatoris opus esse, cuius principale argumentum Stachyn a primo electo apostolo Andrea episcopum Byzantii institutum esse probaretur. Cum autem testes priores saeculo nono desint, dubium \*est, an Procopius presbyter quidam anno 525, ut in epilogo narratur, praesente Ioanne episcopo Romano opuscula protulerit (consulibus Philoxeno et Probo), quorum ille approbavit testimonia.

Plurimi virorum doctorum anno 525 illa opera a falsatore facta esse censuerunt; ut Baronius († 1607), Molanus (1585), Marg. de la Bigne (1589), Bellarmin (1621), Voss (1649), Cave (1688), Possevin (1686), Ducange (1688), Tillemont<sup>1)</sup> (1698), Labbe (1680), Banduri (1711), Ellies du Pin (1719), Huetius (1721), Natalis Alexander (1724), Oudin (1752), inter recentiores, R. A. Lipsius, Fr. Fischer, cum alii totam synopsis de apostolis discipulisque, de Byzantii episcopis antenicaenis genuinam esse crediderint, inter quos nomino Carmelitus Ambrosium Gardebose (1715), Fr. Delitzsch, Max Treppner, Guil. Christ, K. Krumbacher.

Tertia series exstat e viris cl. Morcelli (1622), Papebroch (1714), Cuperus (1741), Hergenröther, Nilles, Bol-

1) Vide Papebroch in AA. SS. Iunii tom. I pag. 392, 435. Ans. Banduri, Imperium Orientale sive Antiquitates CPolitan. tom. II, Parisiis 1711 pag. 888. Fabricius, de vita et morte *Mosis cum observat.* Gilb. Gaulmini, Hamburgi 1714, 409.

landista anonymus tertii decimi tomi AA. SS. Octobris, Lud. Duchesne, qui crediderunt etiam illud, quo narratur Procopium presbyterum ea attulisse aut anno 525 finxisse, falsum scriptaque sub eius nomine propagata longe iunioris scriptoris esse. Approbo hanc opinionem, cum multa argumenta sint, quibus negatur ante saec. IX iniens totam synopsis exceptis prophetarum vitis exstitisse.

· Traditio codicum manuseriptorum varia est; quidam intermittunt episcoporum Byzantinorum seriem, nonnulli solum XII apostolorum seriem servant, alii denique LXX discipulorum tantum. At nil causae est cur dubitemus, an omnes partes ad Dorotheanae synopsis integritatem pertineant. Nam Chronographia brevis patriarchae Nicephoro attributa testis est omnium singularum partium, item codices manuseripti antiquissimi, qui quamquam partes aliquas intermiserunt, tamen formulas transitorias servabant. Ideo in conscriptione et prima editione LXX discipulorum index, series episcoporum, XII apostolorum catalogus, prologus, epilogus et appendix integra coniuncta erant.

Codices manuseripti, qui synopsis Dorotheanam tradunt, sunt sequentes:

A = Paris. 237 (ol. DCXVII. 607. 2869) saec. X membr. 246 foliorum.  $20,5 \times 15$  pag.,  $13,5 \times 11$  script. spatii. Fol. 242<sup>v</sup>—246<sup>v</sup> textus noster exstat. Contulit Gelzer.

a = Casanat. 334 (ol. G. V 14) saec. XV—XVI chartac. codex miscell. Fol. 325 Dorothei textus. Vide Fr. Bancalari, index librorum codicum Graec. Bibl. Casanat. Estratto dagli studi italiani di filologia classica. Vol. II. Firenze-Roma 1894, 174. Contuli.

a<sup>1</sup> = Athous S. Laurae 34 K (ol. Chr.). Textus incipit fol. 247. Aliam codicis descriptionem Gelzer non dereliquit. Catalogus codicum huius monasterii nondum editus est. Contulit Gelzer.

¶ = Ottobon. 167 saec. XIV chartac. 209 foliorum.



- XLVI INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

25×13 pag., 19×9 scripturae spatii. In fol. 147 solum index XII apostolorum exstat. Vide E. Feron et F. Bat-taglini, Cod. manusc. graeci Ottobon. Bibl. Vatic. Romae 1893, 94. Contuli.

[α = Ambros. 506 (M 15 sup.) saec. XV chartac. fol. 114: solum indicem apostolorum praebet. (Copia codicis 9). Catal. cod. gr. bibl. Ambros. II 1906, 506.]

B = Coisl. 224 saec. XI membr. In fol. 8<sup>v</sup> seriem apostol. priorem ponit, deinde fol. 9<sup>v</sup>—12 de LXX discipulis, quorum index libellis *περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἀποστόλων καὶ τῆς θεοτόκου* fol. 17<sup>v</sup>—18 (Simon Cyren., Ieremias, Herodias, Herodes, Procopius) interrumpitur. Istam transversionem indicum iam annotat Fabricius Bibl. graec. VII p. 454 not. 9. Contulit Gelzer.

B<sup>1</sup> = Vindob. theol. gr. 34 (Nessel 302) saec. X—XI membr. 308 foliorum. Ad Arsenium Monembasiae archiepiscopum olim pertinuit, ut ex inscriptione apparet: *ἀθῆνῃ ἡ θεία βίβλος κτῆμά ἐστιν Ἀρσενίου τοῦ Μονεμβασίας*. Vide P. Lambecii Hamburgensis, Commentariorum de august. biblioth. Caesarea Vindob. liber tertius. Editio altera studio et opera Ad. Fr. Kollarii, Vindobonae 1776, 130 ss. Descriptionem etiam invenies apud Cas. Oudin, Commentar. a. l. Francof. 1722, 1382—1388. Io. Alb. Fabricius, De vita et morte Mosis a. l. p. 552. Is codex eandem enumerationem prioris codicis praebet, si non ex eodem fonte descriptus est. Contuli partim.

B<sup>2</sup> = Baroc. 206 saec. XIII membr. Textus incipit in fol. 124. Contulit Gundermann.

b = Vallic. 47 (ol. C 97<sup>2</sup>) a. 1425, membr. palimps. Vide E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistente nelle biblioteche italiane Vol. II. Milano 1902. Textus Dorothei incipit in fol. 69. Contuli.

C = Coisl. 205 saec. XI membr. Fol. 258—268 textus Dorothei; isto codice usus est Ducange. Contulit Gelzer.

C<sup>1</sup> = Monac. 211 saec. XI membr. 224 foliorum, binis

columnis scriptus. 25 linearum. Fol. 218 textus Dorothei. Contuli.

☉ = Vatic. 1974 (Basil. XIII) saec. XII—XIII membr. Fol. 4<sup>v</sup> tantum XII apostolorum indicem praebet. Contuli.

D = Leidens. Voss. 46 saec. X, fol. 46. Quo codice Dindorf usus est in appendice editionis Chronici paschalis (1832). Contulit Preuschen.

D<sup>1</sup> = Coisl. 209 (ol. 23) saec. IX resp. XI membr.; a folio 260 altera manu saec. XI scriptus. Textus Dorothei fol. 260—267<sup>v</sup>; 23,5 × 16 pag., 18,2 × 13 script. spatii, 30 linearum. Contulit Gelzer.

D<sup>2</sup> = Laurent. plut. IV cod. 32 saec. XI membr. 200 foliorum. 12,8 pag., 9 × 6 script. spatii, 27 linearum. Fol. 3 textus Dorothei. Vide Catalogum cod. manuscr. bibl. Medic. Laurent. opp. Graecorum patrum Aug. Mar. Bandinius recensuit. Florentiae 1764, 553. Contuli.

☽ = Baroc. 142 saec. XIV ineuntis. chartac. Fol. 284 indicem Ps. Epiphanii XII apostolorum praebet, deinde LXX discipulorum iuxta Dorothei recensionem. Contulit Gundermann.

[D<sup>1</sup> = Matrit. 105 a Const. Lascari exaratus, item praebet fol. 37 τὰ ὀνόματα τῶν β' ἀποστόλων iuxta Ps. Epiphanii recensionem, deinde fol. 37<sup>v</sup> Δωροθέου ἐπισκόπου Τύρου περὶ τῶν ὀ ἀποστόλων· α'. Ἰάκωβος ὁ ἀδελφός — ἀπετυμητήθησαν, sine appendice et historia sedis Byzantinae. Vide I. Iriarte, Regiae bibliothecae Matritensis codices graeci mss., tom. I 1769, 415—417.] Nondum collatus.

[D<sup>2</sup> = Ambros. 484, ea pars ubi noster index invenitur, saec. XIII est. Post Pseudepiphanii XII apostolorum indicem videtur anonyma fol. 118 index LXX discipulorum sequi. Vide Catalogum codicum graecorum bibliothecae Ambrosianae. Digesserunt Aemid. Martini et Dominicus Bassi. Mediolani 1906, 581 s.] Nondum collatus.

[d = Iviron. 60 (secundum catalogum v. cl. Lambros hodie n. 59, Lambros II 4179) saec. XII membr. 294 foliorum. Fol. 191 textus Dorothei sub nomine Cosmae Indicopleustae.

XLVIII INDICES APOSTOL. DISCIPULORUMQUE DOM.

Phil. Meyer (apud R. A. Lipsius, Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden, Ergänzungsheft, Braunschweig 1890 p. 3 et 15) fragmentum communicavit, quod typum codicis D sequitur.] Nondum collatus.

d<sup>1</sup> = Napol. II C 34 (ol. 35) saec. XV chartac. 161 foliorum, 20 linearum. 21 × 16 pag., 15 × 9 script. spatii. Fol. 137—141<sup>v</sup> Dorothei textus. Vide: codices graeci Mss. Regiae bibliothecae Borbonicae descripti atque illustrati a Salvat. Cyrillo, tom. II. Neapoli 1832, 24. Contuli.

δ = Ottob. 408 saec. XVI chartac. 190 foliorum, 21 linearum. 20,8 × 18,6 pag., 16,5 × 8,5 script. spatii. Fol. 144<sup>v</sup> textus Dorothei. Copia codicis d<sup>1</sup>. Contuli.

d<sup>2</sup> = Athous S. Laurae 38 Ω saec. ignoti. Vir cl. Gelzer descriptionem non dereliquit, catalogus istius monasterii nondum editus est. Contulit Gelzer.

[d<sup>3</sup> = Athous Dionysii 120 (Lampros I 3654) saec. XIV bombyc.] Nondum collatus.

[d<sup>4</sup> = Athous Esphigm. 87 saec. XV fol. 506. Initium indicat Lipsius, Die apokryphen Apostelgesch., Ergänzungsheft p. 15 s.] Nondum collatus.

[d<sup>5</sup> = Ambros. 445 (H. 104 sup.) anni 1434 chartac. VII + 164 foliorum. Fol. 157: Δωροθέου επισκόπου Τύρου. + (Εἴρομεν καὶ τὰτα ἐν τοῖς ἱστορικοῖς συγγράμμασι τοῦ προλεχθέντος θείου ἀνδρὸς Δωροθέου ὅτι Σίμων ὁ Κυρηναῖος ἐτρώθη (sic in catal.) ὑπὲρ Χριστοῦ ὁ βαστάσας τὸν σταυρὸν αὐτοῦ — τὰτα ὑμῖν ἐγγράφως καταλείπειν πάντα.) Secundum catalogi notam mutilata esse videtur synopsis Dorotheana, cum iam fol. 157<sup>v</sup> prophetarum vitae sequantur. Vide Catalogum codicum Graecorum bibliothecae Ambrosianae. Digess. Aem. Martini et Dominic. Bassi. Tom. I. Mediolani 1906, 537.] Nondum collatus.

[d<sup>6</sup> = Philadelph. 1141 saec. ignoti, chartac. In fol. 113<sup>v</sup> Σύγγραμμα κτλ. Fol. 115 catalogus episcoporum Byzantinorum. Fol. 117<sup>v</sup> index XII apostolorum. Vide Isaac H. Hall, A hagiologic manuscript in the Philadelphia

Library in Journal of the Society of Biblical Literature and Exegesis VI 1, June 1886, Boston, pag. 5.] Nondum collatus.

E = Paris. 1085 anni 1001 membr. Fol. 267 textus Dorothei. Contulit Gelzer.

e = Coisl. 258 (ol. 99) saec. XII membr. Fol. 212 Dorothei textus incomplete scriptus, cum fol. 215<sup>v</sup> apud *νθ'*. *Κλήμης* abruptus sit. Contulit Gelzer

e<sup>1</sup> = Napol. II AA 27 saec. XVI chartac., 325 foliorum, 22 linearum. Fol. 315<sup>v</sup> Dorothei textus. Vide Codic. graec. mss. regiae biblioth. Borbonicae descripti a Salv. Cyrillo. Tom. I Neapoli 1826, 88. Contuli.

Ⓔ = Octob. 268 saec. XVI chartac. 241 foliorum, 23 linearum, 21,5 × 15 pag. spatii. Fol. 43 textus Dorothei XII apostolorum tantum. Contuli.

V = Vindob. theol. gr. 77 (Nessel 40) saec. XIII exeunt., fol. 259 introductionem i. e. prologum Dorotheanum historiamque Byzantinae sedis praebet, dum index XII apostolorum prioris Pseudepiphanii recensio est. Contulit Gelzer; iterum contuli. Editiones:

p = Parisina editio Ducangii, Chronicon Paschale, Lutet. 1688 pag. 426—436 (repetita Venetiis 1729, pag. 342—350). Alteram editionem, qua utor, fecit Lud. Dindorfus Chronicon Paschale, Bonnae 1832, tom. II pag. 120ss, qui Leidae codicem aliquem insignem saec. X contulit, cuius variae lectiones a Geelio ipsi sunt communicatae. Sed iterum contulit codicem Leidensem Erw. Preuschen, cum multa vitia in collatione Geelii sint facta. Ex editione Dindorfii istum textum iterum impressit Migne Patr. gr. 92 (non 91, ut indicat catalogus hagiogr. graec. ed. Bolland.) pag. 1060—1076.

c = editio Guil. Cave, Scriptorum ecclesiasticorum historia literaria a Christo nato usque ad saec. XIV, Londini 1688, tom. I pag. 114 ad annum 303, qui prologum, historiam Byzantinae sedis et XII apostolorum indicem e codd. Baroc. 142 et 206 edidit. Cave includit varias

## L INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

lectiones Cod. Baroc. 206 lunulis, quas cum littera: a significat, illas cod. Baroc. 142 cum littera: b. Istos codices iterum contulit vir cl. Gundermann.

f = editio Fabricii in De vita et morte Mosis libri tres cum observationibus Gilb. Gaulmini. Accedunt I Pseudodorothaei Tyrii et aliorum apospasmata etc. Cum praefatione Io. Alb. Fabricii, Hamburgi 1714, 477—480.

Codices manuscripti in quinque classes dividendi sunt, quarum antiquissimae e prototypo exierunt, cum codices quintae classis non immediate ex originario fonte, sed commixtione aliorum codicum orti sint. Inter codices commemorandi sunt B = Coisl. 224 (saec. XI) eiusque comes B<sup>1</sup> = Vindob. theol. gr. 34 (Nessel 302, saec. XI) qui ab eodem scriptore scripti aut ex eodem fonte exarati sunt. Qui enim codices ordinem Dorotheanum evertunt et prius XII apostolos, deinde LXX discipulos ponunt. Ista subversione conscriptionem primariam offendunt, quae ut omnes alii codices nobis testantur, prius discipulos, deinde apostolos post episcoporum seriem composuit. Etiam alii codices eiusdem classis primarium ordinem servant. Ideo BB<sup>1</sup>, qui pro uno teste habendi sunt, redactione propria ordinem verterunt.

In conferendis codicum textibus vitia scribarum aliaque vituperanda aut per itacismum causata non commemoravi; p. e. cod. Coisl. 209 (D<sup>1</sup>) ἀνῆρει legit pro ἀναλορη, ἐκκατέραν, imprimis codices minoris aetatis superabundant istis perversis lectionibus aut scripturis.

### Appendix.

*Περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἀγίων ἀποστόλων καὶ τῆς θεοτόκου.*

De baptismo apostolorum et BMV.

Ex encomio Sophronii<sup>1)</sup>, patriarchae Hierosolymitani, in s. Ioannem apostolum et evangelistam composito tractatus

---

1) *Initium encomii* apud I. B. Cotelerius, SS. Patrum qui

in quibusdam codicibus Dorothei textui annexus est, qui titulatur „de baptismo apostolorum et BMV“. Nonnullis viris quaerentibus aut interrogantibus, quonam modo apostoli baptizati fuerint aut ipsi baptizaverint, et quomodo manuum impositionem receperint, respondetur excerptis ex encomio Sophronii factis (*εὐφρομεν . . . τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου Σωφρονίου*).

Ista fragmenta encomii, quod nondum integrum exstat, non ordine primario in nostro tractatu componuntur, sed compilatoris libero arbitrio facta commutatione.

Cum iam Menaeis Synaxariisque Graecis die 8. Maii istud encomium fragmentarie publicatum sit, initiumque a Cotelero, Lambecius eundem tractatum Dorothei textui annexum inveniens in Cod. Vindob. theol. gr. 34, eum cum chronico Hippolyti Thebani cohaerere cognovit. Propinquitas vero non est magna. Solum textus interpolatus istius chronici (IV c. 3, 5—13, ed. Diekamp p. 20, 5 ff.)<sup>1)</sup> ista fragmenta e Sophronio sumpsit, ut coniciamus Lambecium textum interpolatum prae oculis habuisse. Etiam in definitione et derivatione cognitionis Iohannis apostoli et evangelistae cum D. N. I. Chr. inter Sophronii encomium et Hippolyti chronicon I c. 6, 1—2 (Diekamp p. 7) maior differentia, quam affinitas est, ut Lambecium istud cogitasse dubitemus.

At verba, quibus ostenditur Dominum solum Petrum ipsis manibus baptizasse, Petrum deinde Andream, istum iterum Iacobum et Ioannem, filios Zebedaei, duos denique alios apostolos et BMV, etiam in litteris Evodio episcopo Antiocheno, Petri in episcopatu successoris, adscriptis et „lux“ titulatis ab interpolatore textus Hippolytei chronici (V c. 2, 5,

---

temporibus apostolicis floruerunt, Barnabae etc. opera . . . I. B. Cotelarius eruit . . . nova edit., Ioannes Clericus, editio altera, Vol. primum, Amstelod. 1724 pag. 280 nota 5.

1) Fr. Diekamp, Hippolytos von Theben. Texte und Untersuchungen. Münster 1898.

LII INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

Diekamp p. 27, 5)<sup>1)</sup> et a Nicephoro Callisti Xanthopulo inventa esse dicuntur. Vix unus e viris doctis nostrae aetatis illas litteras genuinas esse censet, ideoque nobis nullius momenti sunt; immo potius Sophronium e prato spirituali magistri sui Ioannis Moschi, qui e quinto libro hypotyposeum Clementis Alexandrini sumpsit, illa verba hausisse intellegimus. Ideo pro redactione nostri textus auxilia varia nobis praesto sunt.

Noster tractatus iam editus est a Cotelerio e cod. reg. „2216 fol. 124“ (SS. Patrum etc. vol. I ed. altera cura Clerici 1724 Amstelod. p. 119 nota 33); etiam a Ducange, Chronicon Paschale p. 438 e cod. Paris. 1712 fol. 64, ubi Theodoreto, episcopo „Tyri“ adscribitur, quae commutatio cum Dorotheo episcopo Tyri est.

Deinde testes huius textus sunt:

A = Coislin. 224 saec. XI fol. 12<sup>v</sup>. Contulit Gelzer.

a = editio Cotelerii fragmentaria e „cod. reg. 2216 fol. 124“ (p. 119 nota 33).

B = editio Ducangii e cod. Paris. 1712 fol. 64. Chronicon Paschale p. 438; ed. altera L. Dindorf. Vol. II, Bonnae 1832, 14. Repetita apud Migne Patr. gr. 92, 1076.

C = editio Lambecii e cod. Vindob. theol. gr. 34 saec. XI. P. Lambecii Hamburgensis, Commentariorum de augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi, liber tertius. Editio altera studio et opera Ad. Fr. Kollarii, Vindobonae 1776, 138 f. Repet. apud Cas. Oudin, Commentarius a. a. O. Francof. 1722, 1382—88; et a Fabricio, De vita et morte Mosis p. 552, editio repetita apud Migne Patr. gr. 87, 3, 3369.

D\* = editiones fragmenti encomii Sophronii in s. Ioannem.

D = editio in Synaxario Constantinopolitano: Syn. eccles. Constantinopol. e codice Sirmondiano nunc Berolinensi

---

<sup>1)</sup> *In cod. Bodl. Baroc. 142 saec. XIV—XV. v. Diekamp, pag. XXXIVf.*

adiectis synaxariis selectis opera et studio Hippolyti Delehaye [Propylaeum ad Acta Sanctorum Novembris], Bruxelles 1902, pag. 663, 8.

d = variae lectiones e cod. Coisl. 223 (anno 1301), communicatae per Hipp. Delehaye ibidem; descriptio codicis ibidem pag. XLI.

d<sup>1</sup> = variae lectiones in editione fragmenti in Menaeis Graecis die 8. Maii facta (*Βιβλίον τοῦ Μάϊος μηνός. Περιέχον τὴν πρέπουσαν ἀντὶ ἅπασαν ἀκολουθίαν. Ἐνετίησιν, ἀφπῆ*. fol. b [pag. 35]).

d<sup>2</sup> = variae lectiones in textu interpolato chronici Hippolyti Thebani, textus IV c. 3, 5—13 (ed. Fr. Diekamp, Hippolytos von Theben. Texte und Untersuchungen. Münster 1898, pag. 20, 5—21, 1).

Alios codices manuscriptos istius recensiois designat Diekamp, pag. XXXs.

E\* = Ps. Evodii fragmentum epistolae „lux“ titulatae, quod de baptisate apostolorum et BMV agit.

E = Textus interpol. V c. 2, 5 chronici Hippolyti Thebani (ed. Diekamp, pag. 27, 5—11).

e = Nicephor. Callisti Xanthopul. h. e. l. II c. 3 (Migne Patr. gr. 145, 757 B).

## C.

Index apostolorum discipulorumque Domini  
Pseudo-Hippolyti.

Primum Georgius Monachus Hamartolus<sup>1)</sup> in eius chronico (c. 866/67) vitam Ioannis Ev. e nostro indice sumpsit, quem Hippolytum Romanum conscripsisse dicit.

Complures autem codices manuscripti istum textum Hippolyto cuidam attribuunt haud decernentes, utrum auctor

1) *Ed. C. de Boor* Vol. II, Lipsiae 1904, 447, 22—448, 8.



sit ille Hippolytus martyr Romanus an Hippolytus quidam Thebanus. Fr. Combefis, qui prior indicem XII apostolorum edidit, operibus Hippolyti Romani utpote isto episcopo indignum annumeravit, alius editor J. A. Fabricius etiam appendici eius operum adiunxit. Deinde Andreas Gallandi etiam seriem LXX discipulorum, cuius aliquos codices manuscriptos Montfaucon<sup>1)</sup>, ille celeberrimus vir, e bibliotheca Coislineana denominavit, e cod. Baroc. 206 adiciens inter Hippolyti Thebani opera nostros textus constituit. Viri doctissimi recentioris aetatis nostrique temporis, qui sunt O. Bardenhewer, Fr. Diekamp, Ad. Harnack, R. A. Lipsius, non Romano Hippolyto attribuunt, excepto Fr. Delitzsch<sup>2)</sup>, qui „eos a Portuensi Hippolyto confectos esse posse . . . contendere“ non veretur. Unus enim codex Petropol. 254 (anni 1111) textum Dorothei et Hippolyti recensionibus mixtum profert, in cuius titulo Hippolytus episcopus Romae auctor designatur: *Ἰππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ Δωροθέου κτλ.* alter autem (Mosq. bibl. synod. 186 saec. XII), si vis etiam tertius (Escur. Ω IV 16 saec. XVI), Hippolyto Thebano nostrum textum attribuunt, quibus testibus haud magna auctoritas danda est. Aliqui, ut Lipsius, Harnack, Lightfoot, auctorem esse Hippolytum Thebanum putaverunt.

Fr. Diekamp<sup>3)</sup>, de chronico Hippolyti Thebani bene meritis, variis indicibus differentiarum inter opiniones a Hippolyto Thebano in eius chronico prolatas et illas in tractatu nostro de Ioannis Evangelistae fine aliisque rebus inventas negat illum Thebanum auctorem synopsis XII

1) Bibliotheca Bibliothecarum manuscriptorum nova. Ubi quae innumeris pene manuscriptorum bibliothecis continentur, ad quodvis literaturae genus spectantia et notatu digna, describuntur et indicantur. Auctore Bernardo de Montfaucon. Tomus secundus. Parisiis 1739 pag. 1061s et 413.

2) De Habacuci prophetae vita atque aetate. Accedit diatriba de Pseudodorotheo et Pseudepiphania. Lipsiae 1842, 77.

3) Hippolytos von Theben. Texte und Untersuchungen. Münster 1898, pag. LIX ss.

apostolorum esse. Eandem sententiam etiam de indice LXX discipulorum habemus. Cum non dubium sit, quin noster Ps.-Hippolyti tractatus indicem LXX discipulorum e Ps.-Dorotheo sumpserit, qui nono saeculo ineunte illum conscripsit, aetate Hippolyti Thebani, qui inter annos 650 et 750 vigeat, est posterior, quare immerito illi attribuitur.

Isti Hippolyti duo indices non eodem tempore sunt editi. Primus Fr. Combefis<sup>1)</sup> solum indicem XII apostolorum e „cod. Reg. 1820“ in lucem protulit, deinde Montfaucon in aliis codicibus „Coisl. 256 et 298“ etiam indices discipulorum denominavit, Andr. Gallandi<sup>2)</sup> autem e cod. Baroc. 206 illos publicavit.

Codices mss., qui Hippolyti textum tradunt, sunt sequentes:

A = Coisl. 120 saec. X membr. Descriptionem vide supra. Fol. 223<sup>v</sup> textus Hippolyti. Contulit Bonnet.

B = Paris. 1085 anni 1001 membr. Fol. 256 Hippolyti textus. Contulit Bonnet.

B<sup>1</sup> = Coisl. 258 saec. XII membr. Fol. 207<sup>v</sup> Hippolyti textus. Contulit Bonnet.

C = Coisl. 296 (ol. 33) saec. XII membr. 245 foliorum. 23 × 17 pag. spatii. Fol. 32 Hippolyti textus. Contulit Bonnet.

1) *Historia haeresis Monothelitarum . . . Diversorum item antiqua, ac medii aevi, tum historiae sacrae, tum dogmatica, graeca opuscula.* Opera ac studio Francisci Combefis (Bibliotheca PP. Graecorum Combefis. Tom. II) pag. 831 ss. Ex ista editione iterum impressit Io. Alb. Fabricius in ed. Hippolyti opp. I, Hamburgi 1716 append. p. 30 et 41 et in „De vita et morte Mosis libri tres cum observationibus Gilb. Gaulmini.“ Accedunt I Pseudodorothei Tyrii etc. apospasmata. Cum praef. Io. Alb. Fabricii 1714 pag. 508.

2) *Bibliotheca Veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum.* Cura et studio Andreae Gallandii. Tom. XIV. Venetiis 1781, pag. 117 f. Repetita ista editio in *Migne, Patr. gr. Tom. X 951 — 958.*

LVI INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

D = Vatic. 1506 (ol. Cryptoferr.  $\Psi\Psi$ ) saec. XIII—XIV membr. 80 foliorum, binis columnis exaratus, 34 linearum. 25  $\times$  17 pag. spatii. In folio I scriptum est *τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς κρυπτοφέρης*. Multae glossae in superiore et inferiore margine sunt. Fol. 78<sup>v</sup> Hippolyti textus. Contuli.

[D<sup>1</sup> = Baroc. 206 saec. XIII membr. Fol. 121 Hipp. textus.] Nondum collatus.

E = Paris. 1555 A saec. XIV bombyc. 194 foliorum. 29,5  $\times$  22 pag., 22  $\times$  15,5 scripti spatii. 29 linearum. Fol. 186<sup>v</sup> incipit Hipp. textus. Contulit Bonnet.

[E<sup>1</sup> = Marcian. 498 saec. XIV. Vide Graeca D. Marci bibliotheca codicum mss. per titulos digesta. Praeside et moderatore Laurentio Theupolo 1740 pag. 261.] Nondum collatus.

e = Athous Esphigm. 131 (Lampros I 2144) saec. XVI chartac. Fol. 247<sup>v</sup> textus Hippolyti incipit. Contulit Gelzer.

e<sup>1</sup> = Napol. II C 34 (ol. 35) saec. XV chartac. Fol. 72 textus Hippolyti. Contuli.

e<sup>2</sup> = Ottob. 408 saec. XVI chartac. 190 foliorum. Fol. 77 inc. textus Hipp. Contuli.

e<sup>3</sup> = Vatic. 1226 (ol. bibl. Card. Caraffae) saec. XVI—XVII chartac., in duas partes divisus, fol. 1—32; fol. 33—39 minoris scripturae. 22 linearum. Fol. 35 Hipp. textus. Contuli.

e<sup>4</sup> = Vatic. 1177 saec. XVI—XVII chartac. 469 foliorum. 30 linearum, 34  $\times$  22 pag., 22,5  $\times$  13,5 script. spatii. Fol. 468 Hippolyti textus. Contuli.

e<sup>5</sup> = Vatic. 1862 saec. XVI—XVII chartac. 159 foliorum. Fol. 1—36 eandem magnitudinem habent; 17,5  $\times$  13 pag. spatii. Fol. 19 Hippolyti textus. Contuli.

e<sup>6</sup> = Vallic. 126 (ol. R 26) cod. miscell., velam. magn. 45  $\times$  30; saec. XVI—XVII, textus Hippolyti in separata charta fol. 125; 23  $\times$  14,5 pag., 18  $\times$  10 script. spatii. Vide E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistenti

nelle bibliot. Italian. Vol. II. Milano 1902, pag. 197. Contuli.

F = Vallic. 47 (ol. C 97<sup>2</sup>) anni 1425. Fol. 50<sup>v</sup> Hippolyti textus. Contuli.

f = Laur. plut. 56 cod. 13 saec. XV, 187 foliorum chartac. (fol. 61—69 membr. et manus antiquioris), altera pars 28,5 × 21 magnitud. pag., 22 × 13,5 script. spat. 32 linearum. Textus Hippolyti incipit in fol. 16. In velamine scriptum est *Γνωμῶν ἐκλογαὶ συλλεγυῖαι ὑπὸ Ἰωάννου μονάζοντος*. Multa vitiosa; p. e. pro *Μεσοποταμείᾳ* scriptum est *μεσὶ πὸ τὰ μελα, κανάνιτης*. Contuli.

f<sup>1</sup> = (Vatic.-)Barber. 306 (ol. III 25) saec. XVI chartac. 152 foliorum, 18 linearum. 15 × 10,5 pag., 11 × 6,5 script. spatii. Fol. 150<sup>v</sup> Hippolyti textus. Contuli.

f<sup>2</sup> = Napol. II AA 27 saec. XVI chartac. Fol. 312 inc. textus Hippolyti. Multa vitiosa: pro *ἐπειδὴ: ἐπὶ δὲ, ἰνδ' οἷς, σταυρωθεὶ ὑπὸ κεφαλῆς κάτωθεν*. Contuli.

[Codices nondum collati:

Mosq. bibl. synod. 186 (Wladimir 430) saec. XII. *Ἐξήγησις Ἰππολύτου Θηβαίου περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ κυρίου, ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἐκήρυξεν καὶ ἐτελειώθη*; vide Fr. Diekamp, Hippolytos von Theben, Texte und Untersuchungen. Münster 1898 pag. LX. Wladimir, Beschreibung der Handschriften der Moskauer Synodalbibliothek (russ.) I. Band. Moskau 1894.

Escorial Ω-IV-16 saec. XVI. Vide E. Miller, Catalogue des manuscrits grecs de la bibliothèque de l'Escorial, Paris 1848, 492. Fol. 206: Extrait de la Chronique d'Hippolyte le Thébain sur les disciples du Seigneur. Fol. 216: Noms des douze apôtres.

Athous Iviron. 388 (Lampros II 4508) saec. XVI chartac. Fol. 844 textus Hippolyti, sine 72 discipulis. Athous S. Pauli 22 (Lampros I 149) saec. XVII num. 5.]

Editiones:

c = Fr. Combefis, *Historia haeresis Monothelitarum. Diversorum item antiqua ac medii aevi, tum historiae*

## LVIII INDICES APOSTOLORUM DISCIPULORUMQUE DOM.

sacrae tum dogmatica graeca opuscula. [Bibliotheca Patrum Graecorum. Combefis, t. II.] Paris. 1648, pag 831 ss.

